Consequētia mala significans iuxta compositionem suarum partium dicitur esse illa cuius contradictorium consequentis non potest repugnare antecedenti eiusdem ipsi sic significans sicut patet de ista tu es homo igitur tu curris. Adā non fuit igitur tu non es: certum est quod opposita contradictoria consequentibus antecedentibus non repugnant cum ex ipsis fiant due copulativae non per se impossibiles. **C**onsequētia mala significans ex compositione suarum partium est illa cuius antecedens non est aptum natum repugnare opposito contradictorio consequentis: ut hoc non est de monstrando aliam tu igitur baculus stat in angulo. **C**onsequētia mala significans non ex compositione suarum partium dicitur esse illa que est subordinabilis uni male: sicut de ista tu es homo igitur tu es asinus: dato quod significet ad eam quate sicut ista tu es homo igitur tu es asinus: non obstante quod oppositum consequentis repugnat antecedenti ipsa tamen est falsa. quia non significat iuxta compositionem suorum terminorum sed alterius falsae cum qua convertit vel cui subordinatur: idem dicitur de secunda parte illius copulativae tu curris igitur tu moveris et contra: iste due posite sunt de consequentia affirmativa: quod de negativa possunt ex ipsis alie dici istis repugnantes sicut in conditionalibus fuit demonstratum.

Ex his sequuntur aliquae conclusiones. **P**rima est: quod ista forma non videtur a. consequentia est bona igitur contradictorium consequentis repugnat antecedenti: quod forte consequens est et non habet contradictorium aut. a. est consequentia non habens antecedens nec consequens nec notam consequentiae ut dictum est. **S**ecunda conclusio est ista quod b. consequentia non valet non potest esse quod antecedens b. consequentiae sit verum quin consequens eius sit verum significando sic igitur iste consequentia est bona. sicut patet de istis Adam non fuit igitur tu es asinus: hoc non est igitur deus non est demonstrando animam tuam. et secundum viam communem patet de ista consequentia nulla propositio est vera igitur nullus deus est: ubi dicitur quod impossibile est esse antecedens verum significando.

Tertia conclusio est ista quod hoc argumentum non valet. a. est consequentia bona igitur si ita est sicut significatur per antecedens ita est sicut significatur per consequens esse. quod forte non habet antecedens nec consequens et si formam habet non significat ex compositione ipsorum: sed bene sequitur. a. est consequentia bona significans iuxta compositionem antecedentis et consequentis sui et ita est sicut significatur per antecedens igitur ita est sicut significatur per consequens: nec videtur instantia illa si diceret: tamen ens est igitur chy non est credendo quod non sit ita sicut significatur per consequens imo ita est quod chy non est. quod verum est quod chy non est.

Quarta conclusio est ista quod argumentum non valet. a. est consequentia bona significans precise iuxta compositionem suorum terminorum igitur si intelligis ita esse sicut significatur per antecedens intelligis ita esse sicut significatur per consequens. quod b. est bona: homo currit igitur risibile currit et non si intelligis homines currere intelligis risibile currere.

Quinta conclusio est ista. quod hoc argumentum est bonum. a. est consequentia bona significans precise iuxta compositionem suorum terminorum: cuius consequens est de per se impossibile ergo et antecedens et si antecedens est de per

se necessarium igitur et consequens. per hoc patet quod ista consequentia non valet deus est igitur adam fuit non obstante quod consequens sit necessarium quod est necessarium de per accidens. **S**exta conclusio est ista quod sicut quilibet propria bona est de per se necessaria vel simpliciter ita quilibet mala est de per se falsa et impossibilis: patet per ea quae dicta sunt.

Contra ista dicta arguitur quod nulla sit consequentia mala: quod si aliqua sit: voce illa. a. et arguitur sic. a. est consequentia igitur. a. est sequela: patet consequentia quia consequentia et sequela sunt nomina synonyma sicut ensis et gladius: tunc sic. a. est sequela igitur est sequentis sequela sicut sequitur paternitas est relatio igitur est relati relatio: et tunc sequitur. a. est sequentis sequela igitur. a. est sequentis sequela ad aliud: patet consequentia a simili paternitas est relatio igitur paternitas est relati relatio ad aliud. et tunc videtur. a. est sequentis sequela ad aliud igitur. a. sequela sequens sequitur ad aliud et si sic. a. consequentia est bona: **S**ecundo arguitur sic. et sit. a. consequentia mala cuius. b. sit antecedens et. c. consequens: et arguitur sic. c. est consequens igitur sequitur ad aliud. sed non videtur ad quod consequitur nisi ad. b. igitur consequitur ad. b. et per consequens sequitur ad. b. et si sic. a. consequentia est bona: similiter. a. est antecedens igitur antecedit ad aliud sed non videtur nisi ad. b. igitur antecedit ad. b. et si sic. a. est consequentia bona. **P**ro responsione ad ista argumenta est notandum quod. a. esse consequentiam potest dupliciter intelligi uno modo quod. a. est propositio in qua implicite vel explicite coniunguntur due propositiones quarum una sequitur ad aliam: et isto modo concedo quod omnis consequentia est bona et nulla est mala nec iste est intellectus dicitur aliquas esse consequentiam. **A**lio modo potest intelligi quod. a. est consequentia in qua implicite vel explicite coniunguntur due propositiones quarum una denotatur sequi ad aliam. **E**t sic dico quod aliqua consequentia est mala et iste est intellectus omnium loquentium in hac materia. ita ergo quod si fuerit aliqua talis rationalis affirmativa in qua unum denotet sequi ex alio si sic fuerit consequentia erit bona si non sic fuerit consequentia erit mala. **C**ontra dico quod. b. esse antecedens potest dupliciter intelligi uno modo quod. b. est propositio antecedens ad aliud. et sic dico quod nulla conditionalis nec rationalis affirmativa falsa habet antecedens. **A**lio modo quod. b. est propositio denotata antecedere ad aliud. et sic dico quod aliqua rationalis affirmativa vel conditionalis falsa habet antecedens: eodem modo dicatur de. c. et iste est modus loquentium quem sequor in toto libro primo quem respondeo ad argumenta. **A**d primum negando illam consequentiam. a. est consequentia igitur. a. est sequela et non sunt illi termini synonymi nisi primo modo: de quo non est locutio. **A**d secundum concedo quod. b. est antecedens et. c. consequens et non sequitur igitur. c. consequitur ad aliud sed de inferi igitur. c. consequitur ad aliud vel denotatur sequi ad aliud concedo istam consequentiam et consequens: quod igitur. c. denotatur sequi ad. b. et non est ita propterea. a. est consequentia mala et falsa. quare et. **S**ecunda notabile principale est istud quod consequentiarum bonarum quedam est consequentia bona et formalis quedam bona et materialis: consequentia bona et formalis significans precise iuxta compositionem suorum terminorum: et est illa cuius contradictorium consequentis sic primo significando potest antecedenti eiusdem formaliter repugnare: vel aliter cuius antecedens est aptum natum formaliter repugnare contradictorio consequentis eiusdem consequentiae. verbi gratia. animal est igitur aliquid est. b. n. formaliter repugnat nihil est et animal est: et voco hic aliqua duo formaliter repugnare ex quibus contingentibus simpliciter assignatis sic significando primo potest fieri copulativa per se impossibilis vel de facto altera pars implicat contradictionem. **E**xemplum primum aliquid est et nihil est. unde dato quod quilibet istarum esset simpliciter contingens aliquid est nihil est adhuc ex eis fieret copulativa per se impossibilis sicut ex istis tu es homo tu non es animal. **E**xemplum secundum ut tu es aliud a te et baculus stat in angulo. **E**t notandum quod contingens simpliciter dico esse propositioem habentem significatum quod potest esse indifferenter verum et falsum tam naturaliter quam supernaturaliter per se

in possibilem dico esse propositionem habentes significatum quod naturaliter vel supernaturaliter non potest nec potuit nec poterit esse verum ut sedens currit. Sed de hoc infra cum de veritatibus propositionum agebimur. **¶** Ex quibus sequitur quod si consequentia est formalis iste homo credit precise quod aliquis homo decipit igitur aliquis homo decipit, quia si formaliter repugnat. Iste homo sic credit et nullus homo decipitur: probatur: nam ex illa copulativa sequitur per se impossibile. videlicet aliquis homo decipitur et nullus homo decipitur cuius consequenter quilibet pars sequitur formaliter ex aliqua parte antecedentis ab alia distincta ut patet intuitu. **¶** Circa predicta pro concordia philosophorum theologorum et metaphysicorum respondentium ad eandem consequentiam diversimode est notanda quedam divisio consequentie formalis. videlicet quod consequentiarum formalium quedam est soluz formalis quedam plusquam formalis quedam formalissima siue formaliter formalis. **¶** Consequentia tantummodo formalis significans precise iuxta compositionem suarum partium dicitur esse illa cuius contradictorium consequentis sic primo significando potest antecedenti eiusdem soluz formaliter repugnare vel aliter modo dicto: ut tu sedes igitur tu non curris: tu es albus igitur tu non es niger. Ista duo soluz formaliter repugnant ex quibus contingentibus assignatis fit copulativa per se impossibilis naturaliter soluz qualiter sunt illa tu sedes et tu curris: tu es albus et tu es niger. Non enim posset aliqua istarum copulativarum naturaliter verificari licet supernaturaliter bene. **¶** Consequentia plusquam formalis significans iuxta compositionem suarum partium precise dicitur esse illa cuius contradictorium consequentis plusquam formaliter significando potest repugnare antecedenti eiusdem vel secundo modo ut primitus est dictum ut tu es homo igitur tu es risibilis: voco si illa plusquam formaliter ex quibus contingentibus assignatis fit copulativa naturaliter per se impossibilis tam supernaturalis quam naturalis. et sic repugnat ista tu es homo et tu non es risibilis. nulla enim potentia posset facere subiectum sine propria passione. et isto modo hec consequentia non valet tu sedes igitur tu non curris: quia illa stant simul per potentiam divinam tu sedes et tu curris et si per multiplicationem divinam. **¶** Consequentia formalissima siue formaliter formalis significans precise iuxta compositionem suorum terminorum dicitur esse illa cuius contradictorium consequentis sic significando primo formalissime repugnat antecedenti eiusdem vel aliter diffinita modo priorum: in ordine ad antecedens cuius antecedens aptum natum est repugnare et cetera. ut tu es homo igitur tu es animal: et voco hec duo formalissime adinvicem repugnare quorum unum non est cum alio intelligibile imaginabile sic significando primo absque contradictione: sicut sunt illa: tu es homo igitur tu non es animal: non enim stat intelligi posterius sine suo priorum absque contradictione et isto modo si consequentia non valet: tu es homo igitur tu es risibilis: sumendo risibile non ampliativum sed concretive ad propriam passionem hominis que est risibilitas sed sit possibile te non esse hominem et non esse risibilem tamen stat intelligi primum sine secundo absque contradictione quacumque possibili assignata. **¶** Consequentia materialis bona significans precise iuxta compositionem suorum terminorum dicitur esse illa cuius contradictorium consequentis sic primo significando potest antecedenti eiusdem materialiter repugnare: vel aliter cuius antecedens est non aptum natum contradictorio consequentis eiusdem consequentie repugnare: ut nullus deus est igitur bacculus stat in angulo tu curris igitur deus est. voco autem illa materialiter repugnare ex quibus fit copulativa per se impossibilis que non sic fieret eiusdem contingentibus simpliciter assignatis. Ex his enim tu curris et nullus deus est semper fit copulativa per se impossibilis ratione alterius partis per se impossibilis. verumtamen ista esset simpliciter contingens nullus deus est non fieret copulativa impossibilis sed contingens. quare et cetera. **¶** Ex his potest evidenter concludi formalitas vel materialitas consequentie non significantis iuxta compositionem suorum terminorum. videlicet quod illa consequentia dicitur formalis vel materialis ex eo quod subordinabilis est uni

mentali se habenti aliquo modo superius nominato. **Juxta predicta** pono duas regulas consequentie materialis. **¶** Prima est si fuerit aliqua consequentia affirmativa significans adequate iuxta compositionem suorum terminorum non fundata in regula consequentie formalis cuius consequens est necessarium per se illa consequentia est materialiter bona. **¶** Exemplum tu curris igitur deus est. Et notanter dico non fundata in regula consequentie formalis: quia si consequentia est formalis homo est homo igitur homo est animal. et tamen consequens est necessarium sed ipsa consequentia non tenet ex hoc quod consequens est necessarium sed in hoc quod arguitur ab inferiori ad suum superius. **¶** Secunda regula est ista. Si fuerit aliqua huiusmodi consequentia cuius antecedens sit impossibile non includens contradictionem consequentia erit bona materialiter soluz. verbi gratia. celum quiescit igitur tu curris. nullus deus est igitur hoc instans fuit. Et notanter dico non includens contradictionem: quia si includeret contradictionem quodlibet ex ipso formaliter sequeretur ut statim probabo: verumtamen est sciendum ut clarius regula intelligatur quod implicite asis includere contradictionem dupliciter intelligitur includere contradictionem. scilicet asserere contradictionem in alio modo includere contradictionem. id est antecedere ad contradictionem. Si primo modo intelligatur sic nulla propositio implicat contradictionem nisi sequatur ex ipsa formaliter contradictio: sicut est ista: tu es aliud a te. Sed secundo modo omnis propositio per se impossibilis includit contradictionem: quia ex qualibet tali sequitur contradictio. primo modo intelligitur dicitur in regule: ut autem de hoc non fiat questio pro primo sensu recipiam formaliter includere contradictionem: et pro secundo materialiter implicare idem est. scilicet implicat formaliter contradictionem. id est ex ea sequitur formaliter contradictio. b. includit materialiter contradictionem. id est ex b. sequitur materialiter contradictio. **¶** Ex quo sequitur quod aliqua propositio includit formalem contradictionem que non includit materialiter contradictionem patet de ista nullus deus est ex qua sequitur formalis predictio. videlicet tu es et tu non es. **Jam probo** quod ex impossibili implicite formaliter contradictionem sequatur quodlibet formaliter. id est quilibet propositio. Nam ex ista: tu es aliud a te sequitur formaliter quod bacculus stat in angulo et non est maior: ratio de ista quam de qualibet alia igitur et quilibet alia sequitur: consequentia tunc et antecedens probatur. Nam formaliter sequitur: tu es aliud a te igitur tu es tu et tu non es tu: probatur quia consequens est una copulativa cuius secunda pars est exponens negativa antecedentis et secunda formaliter sequitur ex prima vel secunda exposite eiusdem ergo tota copulativa sequitur ex ista cathese que est antecedens: consequentia tenet cum maiori et minori probatur: quia formaliter sequitur tu es igitur tu es tu cum contradictorium consequentis repugnat antecedenti habeo igitur quod ista copulativa sequitur ex illa cathese. tunc arguitur sic tu es tu et tu non es tu igitur tu es tu vel bacculus stat in angulo et tu non es tu. consequentia tenet quia consequens est una copulativa ut pono cuius prima pars formaliter sequitur ex prima parte antecedentis tanquam a parte disjunctive ad totam disjunctivam et secunda est eadem vel convertibilis cum secunda igitur tota copulativa que est consequens ex quo non significat nisi ex compositione suarum partium sequitur formaliter ex copulativa que est consequens: tunc arguitur sic tu es tu vel bacculus stat in angulo et tu non es tu igitur bacculus stat in angulo consequentia ista est formalis a disjunctiva cum destructione unius partis ad aliam partem. **¶** Secundo probatur idem de ista tu es asinus. Nam ex ista formaliter sequitur quod tu non es homo et quod tu es homo: probatur quod prima sequatur patet: quia contradictorium consequentis repugnat antecedenti formaliter ut dictum est et quod sequatur secunda probatur. nam sequitur formaliter tu es asinus igitur tu es a tertio adiacente ad finem adiacens sine impedimento et sequitur tu es igitur tu es tu. quia oppositum consequentis formaliter repugnat antecedenti: et ultra tu es tu igitur tu es homo ab inferiori ad suum superius et sic patet quod tota copulativa sequitur ex antecedente principali tunc ex ista copulativa potest

concludi quicquid placet homini. v3. q. nullus deus est naz
sequitur tu es homo et tu non es homo igitur tu es vel nul-
lus deus est et tu non es homo: consequentia p3 vt p3. ex
quo sequitur q. nullus deus est a disiunctiva cu destructio-
ne et. ergo a pmo ad vltimu sequit formalr. tu es asinus
igitur nullus deus est. Et vbi horum alias oppositum dixe-
rim scito hoc fuisse dictum fm opinionem alior. **T**er-
tio arguitur de ista homo est no homo: q. ipsa est cuiuscun-
q. alterius illatina. Nam sequit homo est no homo igitur
homo no est homo ab affirmatiua de pdicato infinito ad
negatiua de pdicato finito et sequitur formalr homo est
non homo igitur homo est. a tertio adiacente ad scdm adia-
cens. ex quo sequitur formalr q. omnis homo est homo
habita igitur ista contradictione homo no est homo et ois
homo est homo: pot legitur concludi q. homo est asinus
sic arguendo omnis homo est homo et homo no e homo
igitur omnis homo est homo vel homo est asinus et homo
no est homo. Ex alio sequitur q. homo est asinus igitur a
pmo ad vltimu sequit homo est no homo igitur homo est
asinus. **S**ed hic dubitatur vides q. illa homo est asin⁹
non implicat contradictione formalr. q. illa ppositio que
implicat formalr contradictionem no pot esse vera sic si-
gnificando nec per potentia naturale nec per potentia su-
pernaturalē sicut est illa tu es aliud a te: modo illa homo e
asinus fm theologos est possibilis et potest esse vera sic si-
gnificando per potentia dei: pbatur. nam dicimus q. de⁹
est homo q. terminat dependentiaz humane nature sicut
for. est albus q. terminat dependentiaz albedinis sed de⁹
potest equaliter determinare dependentia nature asinine si-
cut humane igitur deus pot esse asinus per assumptiones
nature asinine sicut ia est homo per assumptionē humani-
tatis. ponat igitur q. deus assumat natura asiniaz no di-
mittendo naturam humanā et sequit q. homo est asinus
per cōicationem ydiomatū: sic arguendo hoc est homo et
hoc est asinus demonstrādo deū igitur homo est asinus.
Ad istud dicit q. in principio premittebat q. voleba lo-
qui de possibili vel impossibili diuino sed soluz naturali. et
istud totū impossibile implicat contradictionē formaliter.
ex quo sequit formaliter contradictio et per viam nature
non potest vitari. **A**dulta enim sunt possibilis apud deū
que implicat contradictione apud naturā. b. n. est vera
sed impossibilis sedens currit. et tamē e possibilis per po-
tentiam supernaturalem. ponendo q. deus multiplicet te
ad duo loca et in vno curras et in alio sedeas: in vno sis al-
bus in alio sis niger: in vno calidus in alio frigidus: et seq-
tur statim veritas istarum sedens est currens: album est
nigrum calidum est frigidus: et tunc no valerēt iste conse-
quentie apud theologū homo est asinus igitur homo no est
homo: album est nigrū igitur album est no album calidum
est frigidū igitur calidum est non calidum. **S**ed q. hec
sunt contra principia logyce et phie ideo in hac scia debent
dimitti. verumtamē b. theologus concederet illā esse pos-
sibilem homo est asinus: nunq. tamē concederet hāc esse
possibilem tu es asinus demonstrādo creaturam: et ratio: q.
sicut quilibet accidens est determinabile a natura subali ita
quelibet suba creata realis est suppositabilis adeo: et sicut
vnum accidens non pot alterius accidentis naturā deter-
minare: ita vna suba totalis no potest alteram naturā tota-
lem suppositare et per consequēs tu non potes esse asinus
per cōicationē ydiomatū: sicut deus pot esse ad qd suba
creata se habet sicut accidens sube sed no subiectaz in ipō
sicut accidens in suba q. igitur hec materia no est presen-
tis negocij ideo dimittatur ad ppriā redeundo. **E**x p-
dictis sequuntur conclusiones. **P**rima est q. quelz pro-
positio contradictionem includens formaliter cuiuslibet alte-
ri repugnat. pbatur quelibz ppositio formalr cōtradictio-
nem includens est cuiuslibz alterius formalr illatina: vt p-
batum est: sed quelibet ppositio habet contradictoriū vt
suppono igitur quelibet ppositio alia ab ipsa sibi formalr
repugnat: consequentia t3 per ea que dicta sunt. et fortius
pbatur sic. et assigno. a. et b. cōtradictoria et c. ppositionē
includentē formalr contradictionē. et arguit sic. c. est illatū

a. formaliter et b. est igitur repugnat formaliter. c. psequē-
tia patz de se. Similiter arguit q. a. formalr repugnat. c.
q. c. est formalr illatū. b. et a. est igitur a. formalr repu-
gnat. c. et sicut arguitur de a. b. ppositionib⁹ ita de quibus-
cunq. alijs pot consimilr argui. **S**ecūda cōclusio que-
libet ppositio impossibilis solum māliter contradictione
includens: cuiuslibet alteri repugnat: cuiuslibet formalr et cui-
dam māliter solum: pbatur: quelibet ppositio impossibilis
non includens contradictionem formalr est illatina cuiuslibet
alterius ppositionis et quelibet habz contradictione
igitur quelibet sibi repugnat: sed q. aliqua insertur formalr
et aliqua māliter solum igitur aliqua sibi formalr repugn-
et et aliqua māliter solum. verbi grā. b. ppositio nihil est: est
illatina illorum duorum tu es et tu no es pmi māliter: et se-
cūdi formalr. igitur oppositū pmi soluz māliter repugnat:
et oppositum secūdi sibi formalr repugnat. consequentia
p3 de se ita q. ista formalr repugnant nihil est et tu es sed
ista māliter repugnat nihil e et tu no es. quare et. **T**er-
tia conclusio est ista quelibz ppositio per se impossibilis si-
bi ipsi repugnat aliqua formalr et aliqua māliter soluz. p-
batur. et capio istam tu es aliud a te: que sit. a. et vnum se-
cum cōuertibile que sit. b. et arguitur sic. quicquid repu-
gnat. b. repugnat. a. q. a. et b. adinvicez pvertūtur sed a.
repugnat. b. cum sit illatū sui oppositū igitur. a. repugnat
sibi ipsi. a. ex quo vnum. a. est cūne. a. vt suppono: mo-
patet q. a. formalr repugnat. b. igitur sibi ipsi formalr re-
pugnat. **I**tem pbo q. ista nullus deus est sibi ipsi repu-
gnat sed materialiter q. ipsa repugnat huic nulla pma cau-
sa est: cum sit illatina sui oppositū: modo quicqd repugnat
vni cōuertibilem repugnat alteri sed quelibet illarū al-
teri repugnat igitur quelibet illarum sibi ipsi repugnat sed
q. nulla istarum insert formalr contradictio affirmatiua
ideo quelibet illarum sibi ipsi māliter solum repugnat.

Quarta conclusio est ista cuiuslibet ppositioni per se im-
possibili quelibet alia est in pertinēs. p3 q. ex qualibet illa-
rum quelibet alia ppositio sequit: et eidem quelibz repu-
gnat. igitur et. patet consequentia cum omne pertinens sit
pertinens sequēs vel pertinens repugnās et ecōtra.

Tertium notabile principale est istud q. cōsequē-
tiarum bonarum quedā est bona de
forma et quedam est bona de mā. **C**onsequētia bona de
forma dicitur esse illa cui quelibet sibi similis in forma est
bona. **E**xemplū homo currit igitur animal currit. **C**on-
sequētia bona de materia dicitur esse illa cui no quelibz si-
milis in forma est bona. verbi grā. tñ pater est igitur no tñ
pater est. **I**sta est bona de materia. q. no quelibet similis
illi in forma t3: q. b. non v3 tñ aliquid est igitur no tñ aliqd
est: vt autez intelligat que sit forma consequētie vel simi-
litudinis ipsius est pmo notandū que sit materia vel forma
ppositionis cathogice in cōmuni. **D**ico ergo q. mate-
ria ppositionis est terminus vel termini ipsi: forma ve-
ro est habitudo vel ordinatio partū eius: sicut materia do-
mus est lapides ligna et alia māliter requisita: forma ve-
ro domus est ordinatio illorum adinvicez: vt ergo due pro-
positiones sint similes in forma o3 nihil reperiri in vna cō-
ferēs ad formā quin simile in alia reperiat: sicut iste sunt
similes in forma: homo est animal et asinus est suba. certum
est q. consimilis ordinatio partū vtrobiz reperit cum
vtrobiz ordinet superius de suo inferiori tali sola copula
copulāte. **E**t ideo no sequit in vna pdicatur generalissimū
et in alia subalternum ergo no est cōsimilis forma: q. vnu
terminū alio esse cōlozez non mutat formā sed manet so-
lum sicut no sequit: b. domus facta est de marmore: et li-
gnis piri: et alia de lapidib⁹ cōctis et lignis nucis igitur no
sunt consimilis forme: sed iste no sunt similes in forma hō
est animal: homo no est animal: q. in vna est negatio mu-
tans formā et non in alia: nec iste sunt similes in forma. oia
homo currit tñ homo currit ppter signa specie distincta
mutantia formas. **S**imilr iste non sunt similes hoc est ho-
mo et homo est homo: vel homo est animal q. terminus
discretus mutat formam: volo igitur dicere q. similitudo
forme duarum ppositionū consistit in hoc q. si aliqua est

quanta aliqua quantitate tali quantitate alia sit quanta: si qualis aliqua qualitate et reliqua qualis tali qualitate: si una non quanta aliqua denominatione et alia sit non quanta tali denominatione. si una fuerit categorica vel hypothetica nullo modo habendo respectum ad ordinem terminorum ad invicem sive superius et inferius vel sive convertibilitatem vel disparitatem. sed bene quod partes sint similes in hoc quod si in una subicitur terminus discretus et in alia: si cōis et in alia. si simplex in alia. si compositus aliqua denominatione et in alia. propterea iste non sunt similes forme: homo currit et homo albus currit. nec iste. for. et plato disputant. for. vel plato non disputant in una subicitur terminus copulatus et in alia disunctus modo certum est quod copulatio vel disunctio mutant formas. **Ex** predictis sequuntur aliquae conclusiones. **Prima** est ista quod inferioritas vel superioritas idēptitas convertibilitas aut disparitas non mutant formam propositionis sed solum tenent locum materiae. Iste enim sunt similes forme album est animal et animal est coloratum: non obstante quod in una predicatur superius de suo inferiori et non in alia. Similiter iste due sunt similes forme. homo est homo et homo est asinus? homo est risibilis et homo est ridicibilis: non obstante quod in una predicatur idē de eadē aut convertibile de convertibili et non in alia. quare etc. **Secunda** conclusio est ista quod possibilitas vel impossibilitas veritas vel falsitas necessitas vel contingētia non mutant formas: sed solum materias. quia iste sunt similes forme. homo est homo et homo est asinus. et una est necessaria et reliqua impossibilis. **Tertia** conclusio est ista. quod in copulativa vel disunctiva antecedere vel sequi ad aliud repugnare vel compossibiliter stare. non mutat formam copulativae vel disunctivae: sed solum se habent ut materia: patet quod iste due copulativae sunt similes forme for. currit et movetur. for. currit et disputat: et tamen in prima est sequella et non in alia. Et quod iste sunt similes forme patet. quia ad hoc quod due copulativae sint similes forme sufficit quod partes principales sint similes in forma. et nota atque determinationes si fuerint actualiter. modo ita est quod partes illarum sunt similes et copulativae sive quod dictum est. **Et** notanter dico determinationes. quia ille non sunt similes: necessario for. currit et for. movetur. for. currit et for. movetur. quia in prima est necessitas determinatio et non in secunda. Similiter iste non sunt similes forme necessario rex sedet et nullus rex sedet. contingēt per papa dormit et nullus papa dormit. quia in prima ponitur determinatio necessitatis et in secunda determinatio contingētiae. **Item** iste sunt similes forme: rex sedet et nullus rex sedet. rex sedet et nullus papa dormit non obstante quod in prima sit repugnātia et in possibilitas et non in secunda. Eodē modo dicitur de disunctiva. quia nota conditionis et consequentia ultra partem unionem de notat sequellam conferentem ad formas. Ideo ad hoc quod due conditionales vel consequentiae sint similes forme ultra similitudinem antecedentium et consequentium requiritur similitudo modi simplicis arguendi consequentiae formalis. verbi gratia. iste sunt similes forme omne animal currit igitur omnis homo currit. omne animal disputat igitur omnis asinus disputat. quia antecedentia et consequentia sunt similia et utrobique est modus simplex arguendi. v. g. a superiori ad suum inferius. sed iste non sunt similes forme homo currit igitur animal currit. homo currit igitur lignum currit. quia istae antecedentia et consequentia sunt similia in forma tamen modus arguendi simplex non est similis. quia in prima arguitur ab inferiori ad suum superius et non in secunda. **Et** ut hoc clarius intelligatur est notandum quod modorum arguendi consequentiae formalis quidam sunt simplices et quidam mixti et exprimentes materiam propositionis. Simples vero sunt tales ab inferiori ad suum superius. de per se vel de per accidens vel e contra: ab indefinita ad suam universalem de terminis substantialibus in predicatione directa. a parte copulativae ad totam copulativam cuius ipsa est pars antecedens ad reliquam: a disunctiva ad

alteram partem que est consequens ad reliquam omnes tales vocantur mixti modi: quia expriment materias non conferentem ad formam vel ad modum simplicem arguendi. certum est quod de per se vel per accidens antecedere vel sequi aut esse de talibus vel de talibus terminis confert ad materiam et non ad formam sive quod superius dictum est. **Dico** ergo quod modi simplices arguendi consequentiae formalis conferunt ad formam conditionalium et consequentiarum et non modi mixti. quia certum est quod iste consequentiae sunt similes forme homo est animal igitur omnis homo est animal. homo est currens igitur omnis homo est currens. quia antecedentia et consequentia sunt similia in forma et est consimilis modus arguendi simplex v. g. ab indefinita ad suam universalem: et non sequit. in prima arguitur eorum terminis substantialibus et in secunda cum terminis accidentalibus igitur non sunt consimiles forme. quia arguere cum terminis substantialibus vel accidentalibus non mutat formas consequentiae sed solum modus arguendi simplex. **Ex** his pro maiori evidentia infero aliquas conclusiones. **Prima** est ista quod omnis sillogismus bonus est consequentia de forma. patet quia quilibet consimilis illi in forma tenet: et tunc duo sillogismi sunt similes in forma quia sunt premissae et conclusiones similes. atque modus simplex arguendi videlicet in tali modo vel in tali figura reduci ad talem modum vel ad talem figuram.

Ex quo sequitur quod hoc argumentum non valet. a. et b. sillogismi sunt in eodem modo talis figurae igitur sunt similes forme. quia forma vel premissae vel conclusiones non erant sillogismus: sicut iste: ista omnis homo currit tu es homo igitur curris: omne animal currit homo est animal igitur homo currit. patet quod ambo sillogismi sunt in tertio prime et tamen differunt in forma propter duas regulas premissas et conclusiones. **Item** sequitur hoc argumentum fore bonum. a. et b. sunt duo sillogismi quorum unus est in uno modo vel figura in quo vel in qua non est alius igitur differunt in forma. **Secunda** conclusio est ista quod a copulativa ad alteram partem est consequentia formalis et de forma. patet. quia quilibet consimilis in forma tenet. **Ex** qua sequitur quod a parte copulativae ad totam copulativam non valet argumentum de forma: licet enim hec sit formalis homo currit igitur homo currit et animal currit. non tamen est de forma. quia consimilis in forma non valet. videlicet homo currit igitur homo currit et lignum currit. **Sequitur** secundo quod a tota disunctiva ad alteram eius partem non valet argumentum de forma: non obstante quod sit consequentia formalis videlicet tu es homo vel tu es animal. igitur tu es animal quia hec non valet tu es homo vel tu es lignum igitur tu es lignum. **Tertia** conclusio quod universaliter ab exposita ad vtranque eius exponentiam et ab una causa veritatis ad propositionem habentem illam causam est argumentum de forma. e contra vero potest esse bonum argumentum sed non de forma. sicut hec. homo est asinus igitur omnis homo est asinus. non tamen homo est asinus igitur aliud ab homine est asinus. prima tenet quia antecedens est per se impossibile et secunda quia consequens est per se necessarium.

Quarta conclusio est ista. quod ab inferiori ad suum superius affirmativae sine impedimento est argumentum formale et de forma et e contra negatione preposita. hec enim est formalis et de forma homo currit igitur animal currit. quia quilibet consimilis isti in forma et hoc sicut nullus animal currit igitur nullus homo currit. **Ex** isto sequitur quod ab inferiori ad suum superius eum debito medio negatione postposita non valet argumentum de forma. v. g. for. non currit et for. est homo igitur homo non currit. quia similis huic non valet. quia non sequitur for. non currit et plato est homo igitur homo non currit. quod sit similis probat. quia antea et consequentia sunt similia et est consimilis modus arguendi simplex. v. g. ab inferiori ad suum superius. igitur etc. **Sequitur** secundo quod a superiori ad suum inferius disunctivae affirmativae

cum debito medio non valet argumentum de forma. qz licet sit formalis consequentia. verbi gratia, omne animal currit omnia homo est animal igitur omnis homo currit: qz hō vs. omnis homo currit omnis plō ē: homo ergo ois for. currit. Et hoc dico volendo qz hōmōi psequētie fundētur in p̄dicamēto qz vbi fundētur in sillogismo cōsequētie formales sunt atqz de forma. C Sequit̄ tertio qz a supio/ri ad suum inferius aliqñ est cōsequentia formalis sed nō de forma. sequit̄ enim formalr homo est animal igit̄ hōmo est homo. qz sequit̄ formalr homo est animal igit̄ hō est et sequit̄ formalr homo est igitur homo est homo cuz opposituz consequētis formalr repugnat antecedenti igit̄ a p̄mo ad vltimū sequit̄ formalr homo est animal igitur hō est homo. nō tamen est bona de forma. qz non sequit̄ hōmo est animal igit̄ hō est asin⁹. vbi est silis modus arguēdi. C Similr ab inferiori ad suum superius aliqñ est consequentia formalis sed nō de forma. qz sequit̄ formalr iste homo nō est homo igit̄ iste homo nō ē animal. qz oppositum cōsequētis formalr repugnat anti sed nō sequit̄ a simili iste asinus non est hō igit̄ iste asinus non est animal. C Quinta cōclusio est ista qz ab vniuersali ad suā indefinītam vel particulare est vlr̄ argumentū formale et de forma et ecōtra. similr de scōo adiacente. hee. n. sunt cōsequētie de forma omnis homo currit igit̄ homo currit. homo currit igit̄ omnis homo currit: qz quolibz cōsimilibz illaruz alicuj est bona. patet discurrendo oēs tam affirmatiue qz negatiue. C Ex ista cōclusionē sequitur qz ab indefinita de tertio adiacente ad suam vniuersales de terminis qbuscūqz non vs argumentuz de forma lz fuerit p̄na formalis sicut ista homo est hō igitur omnis hō est homo que ē formalis et nō de forma qz nō sequit̄ homo ē for. igit̄ omnis homo est for. C Similiter non sequit̄ de forma homo est animal igitur omnis homo est animal. qz non sequit̄ homo est currens igit̄ omnis homo est currens. C Sequit̄ has psequētiā nō esse de forma hō est igit̄ homo est homo: homo est igit̄ omnis hō est homo. album est nō nigrum igit̄ oē album est albu. qz similes in forma non valent qz non sequit̄ hōmō ē igit̄ homo est asinus: homo est igitur omnis homo est capra: album est non homo ergo omne album est nigrum. p̄. n. antecedentia et cōsequētia esse similia in forma et nō videt̄ aliquis modus arguendi simplex in quo fundet̄ aliqua p̄maruz cōsequētiā qn in tali vel cōsimili fundet̄ secundā. C Sexta cōclusio est ista nulla psequētia soluz māliter bona t̄ de forma: p̄. qz qz libet talis tenet aut qz antecedens est ipossibile aut qz consequens est necessariuz. C Ex ista cōclusionē sequit̄ qz aliqua p̄na in qua antecedens est ipossibile est p̄na de forma p̄. de ista tu es aliud a te igit̄ bacculus stat in angulo: certuz est qz quolibet cōsimilis istis in forma t̄. C Et si dicat̄ qz hō nō vs. tu es aliud ab hoc demonstrato asino igit̄ bacculus stat in angulo. p̄cedo et hō est similis illi igit̄ et. nego minor: qz p̄ma non tenet per hoc qz antecedēs est ipossibile: sed per istum modū simplicē arguendi cōsequētie formalis a p̄mo ad vltimū. C Sequit̄ scōo qz quolibz p̄positio implicans formalr cōtradictionē est cuiuscūqz alterius illatiua tam formalr qz de forma. p̄. qz non est maior ratio de vna qz de qualibet alia. C Ex his et p̄cedentibus manifeste concludit̄ multas esse cōsequētiā formales et formalr tenentes que nō sunt bone de forma sed solum de mā sicut iste: tu credis p̄cise qz aliquis homo decipitur igit̄ aliquis homo decipit̄. tu credis qz omnis homo decipit̄ igitur tu deciperis. quelz istarum est formalis qz cōtradictoriā psequētis repugnat antecedēti sed nulla illarum est bona de forma. p̄. qz non sequitur tu credis qz aliquis asinus decipit̄ igit̄ aliquis asinus decipit̄: nec sequit̄ tu credis qz ois homo currit igit̄ tu curris: et in proprijs terminis: hoc credit qz omnis homo decipit̄ demonstrata vna itelligētia igit̄ hoc decipit̄: et sic multis alijs exemplis posset veritas cōclusionis ostendi.

Contra p̄dicta arguit̄ sic. Ista psequētia vel silis

est bonus omne. a. est. b. omne. c. est. a. igitur omne. c. est b. et tamen solum tenet de materia. igitur et. consequentia tenet cum maloz. quia ille sillogism⁹ est in primo p̄me et minorē p̄bo. qz in eo ponunt̄ termini p̄cise denotantes māz qz nō sunt significatiui. C Secūdo psequētia in mente non habet māz qz si haberet māz esset suba et cop̄positum et per psequens in mente nō est consequentia materialis vel de materia et per consequens nec formalis sine de forma qz omnis forma p̄supponit̄ materiā. C Tertio arguitur sic. stat cōsequētiā eē formales et de forma lz nulla sibi similis sit igit̄ doctria data ad cognoscēdum cōsequētiā de forma nō vs. C Quarto arguit sic. in alijs qualitates et q̄titates dicunt̄ forme accidentales vt dicit̄ auctor: sex p̄ncipiorum et p̄bus in multis locis. Si ergo affirmatio et negatio sunt qualitates propositionis igitur sunt forme accidentales ipsaruz et sic accidens fundatur immediate in accidente: et immediate denominabit̄ ipsuz: qz p̄positiones vocales et mentales sunt accidentia. C Ad hoc respondet ad p̄mū potest dupliciter responderi. p̄mo non intelligendo talem formam arguendū qz sit de finis nō significatiuis: vel pōt dici cōcedēdo cōsequētiā et sillogismū et negando qz ibi nō sit forma: cum dicit̄ qz illi termini. a. b. c. nō sunt termini significatiui dicit̄ negādo. quia lz non sunt termini significatiui rerum distinctarum a se et suis similibus tamē sicut ille terminus homo significat se et suos cōsimiles et per ipsos supponit nisi fiat positus de nouo: positus ergo qz illi termini cōuideāt̄ in mente terminis communibus sillogizabilib⁹ significantib⁹ res differentes a se et suis similibus nō certificādo distinctus: concedo vt p̄us illam sillogismū esse bonuz de formalis nō intelligat̄ eum: qz non intelligo asis nec consequens: sicut scio aliquid esse verum: et multas grecas p̄positiones esse falsas quas nō intelligo: sicut alias dicebam: scio istam copulatiā esse impossibiles hoc est et hoc nō est et disiunctiā oppositā esse necessariā: dato qz sciam partes ei⁹ contradicere. nullā tamē partē eius intelligo. qz ad hoc qz intelligatur p̄positio requirit̄ qz quolibet eius pars p̄p̄t̄ qua intelligatur: similiter negatur illa: hoc est non hoc. dato qz vtrobiqz certificetur idēz in demonstrari. et psequēter qz hoc est hoc. et sic sequit̄ qz bene respondēdo concedis vel negas p̄positionē in quā non intelligis dum mō cōstet tibi per certificationem qz talis est vera vel constat tibi per certificationem qz talis est falsa. vbi autem nō fiat certificatio aliqua p̄posita mihi ista hoc est hoc non respondeo negādo p̄cedēdo nec dubitādo donec inotescat mihi qd per li hoc demonstratur. nec debet illa dubitari qz dubitare est considerare de p̄positione et propter euidētiā aut contradictionē non credere firmiter illam esse illam: nec credere firmiter illam esse falsam: sic qz omnia p̄positio de qua quis sufficienter considerat quā intelligat non credendo ipsam esse veram nec credendo ipsam esse falsam est eidem dubia. quare et. C Ad secundum dicitur qz materia multipliciter et equivoce sumitur proprie et metaphorice proprie nāqz pro principio pure passivo non actiuo. sed passibilitatis infinite ad formas infinitas: concurrente necessario ad cuiuscūqz rei generationē generabilis et corruptibilis sine generatione vel corruptione sui de qua materia loquitur philosophus in p̄mo p̄by: sicorum. C Secūdo modo capie materia metaphorice pro quolibet quod requiritur in formatione alicuius de nouo et sic substantia rerum artificialium vocatur materia et anima intellectiua recipiens formas indiuisibiles et isto modo termini in p̄positione possunt vocari materia. quare patet istam consequentiā non valere hoc habet materiam igit̄ cōponitur ex parte subali. C Ad tertium conceditur antecedens et negat̄ consequētia. qz in dictis meis conditionaliter loquor: et ex p̄suppositōe vt si fuerit aliqua p̄na bona et quolibet sibi similis danda vel dabilis sic significādo erit bona vel potest esse bona illa erit bona de for⁹ et si illa fuerit bona et nō qz sibi silis poterit cē bōa sic

significando ista non potest esse bona de forma. quare etc.
¶ Ad quartum argumentum nego consequentiam. quia ineta-
 phorice vel equivoce dicunt affirmatio vel negatio quali-
 tatis propositionis et qualitatis hominis albedo vel nigredo.
 quia notum est quod albedo in homine et alie qualitates sunt ac-
 cidentia inherencia homini non existentia de essentia eius:
 sed non est sic qualitas propositionis affirmatio vel negatio.
 quia est pars vel essentia ipsius propositionis videlicet. sed dicitur
 qualitas. quia cum queritur qualis est haec propositio respondetur
 affirmativa vel negativa. et sic dicitur de quantitate praeter. quare etc.
¶ Pro dictionum maiori notitia generales
 cocernentes simplicis consequentiae tam formalis quam de for-
 ma. **¶** Et prima est ista. Si alicuius consequentiae significatio
 primo iuxta compositionem suam partium contradictoria
 consequentis repugnat antecedenti eiusdem illa est conse-
 quentia bona. Exemplum homo currit igitur animal currit.
 est consequentia bona. quia haec repugnat homo currit et nullum
 animal currit. cum ex hijs sequitur unum impossibile quod ho-
 mo non sit animal. **¶** Ex ista sequitur correlari alia. videlicet. si
 alicuius talis consequentiae contradictoria consequentis
 stat cum antecedente illa praesumptio non valet. sicut ista tu non curris
 igitur homo non currit. quia non valet. quia ista stant simul tu non
 curris et omnis homo currit. **¶** Contra istas regulas ar-
 guitur sic. et pono quod per utrumque hoc in hac contradictione
 hoc demonstratur. hoc non demonstratur: demonstratur hoc. isto
 posito facta istam consequentiam. hoc non demonstratur igitur hoc
 non demonstratur. ista consequentia non valet. et tamen contradicto-
 riam consequentis repugnat antecedenti eiusdem ergo regu-
 la falsa. et consequentia cum minori. quia ista duo repugnant.
 hoc non demonstratur et hoc demonstratur demonstrato hoc. ma-
 iorem probatur et pono quod nullus hoc demonstratur. isto posito ante-
 cedens est verum et consequens falsum. quia si consequens illud
 esset verum igitur per hoc aliquid demonstratur quia aliter illa
 non esset propositio. si ergo per hoc aliquid demonstratur fal-
 sum est quod hoc non demonstratur et si sic antecedens est verum
 et consequens falsum et per consequens illa consequentia non valet.
¶ Secundo arguitur sic. ista consequentia non valet. hoc fuit igitur
 hoc est praeteritum. et tamen contradictoria consequentis repugnat
 antecedenti eiusdem ut patet. igitur etc. patet consequentia et ante-
 cedens probatur. **¶** Nam haec propositio est possibilis hoc fuit quod non
 fuit igitur illa consequentia non valet. antecedens fuit et facio illa con-
 sequentiam. hoc fuit quod impossibile est hoc fuisse igitur hoc
 fuit quod non fuit: consequentia est manifesta et antecedens est
 possibile igitur et consequens: quod antecedens sit possibile pro-
 batur et pono quod per hoc demonstratur hoc impossibile hoc
 est asinus quod praesumptio ante hoc fuit. isto posito patet quod hoc fuit
 sed probatur quod impossibile est hoc fuisse. quia verum est quod impos-
 sibile est hoc fuisse igitur impossibile est hoc fuisse. consequen-
 tia patet a simili. quia bene sequitur verum est te esse igitur tu es. ve-
 rum est nullam chimeram esse igitur nulla chimera est: sed
 probatur antecedens sic. nam haec propositio est vera per casum
 quod impossibile est hoc fuisse: quae primo significat quod impossi-
 bile est hoc fuisse igitur verum est quod impossibile est hoc fuisse
 se consequentia patet ab officiantibus ad officiatum. **¶** Tertio
 arguitur sic. ista consequentia est bona. hoc fuit ergo hoc est vel
 fuit vel erit et tamen contradictoria consequentis stat cum ante-
 cedente igitur secunda regula est falsa. praesumptio tamen cum maiori et mi-
 norem probatur sic. ita erit quod hoc fuit et tamen hoc non est nec
 fuit nec erit igitur contradictoria consequentis est compossibile an-
 cedenti. consequentia patet et antecedens probatur et pono quod pro-
 lam generare et non sit sed erit cuius semen sit hoc. qui nunc
 primo desinat esse. isto posito patet prima pars copulativae quia
 aliquando ita erit quod plato fuit igitur aliquis erit ita quod iste pater
 fuit demonstrato hoc. et sic patet prima pars copulativae. sed secunda
 probatur quia iste pater non est nec erit cum hoc. desinat esse per
 remotionem de praesentia. nec iste pater fuit. quia sequitur iste pater fuit
 igitur fuit pater: consequens est falsum ut supponitur. videlicet. quod nunc
 habuit filium nec filium. quare etc. **¶** Ad haec argumenta re-
 spondeo ad primum admissa utraque pone nego illam consequen-
 tiam. hoc non demonstratur igitur hoc non demonstratur. quia ista

stant simul. hoc non demonstratur et tamen hoc demonstratur.
 demonstrato hoc. dato. quia possibile est quod sint duo quorum
 quilibet sit hoc. et unus demonstratur et reliquus non: propter
 rea ut remoneatur difficultas argumenti fiat haec consequen-
 tia: nullus hoc. demonstratur ergo hoc non demonstratur. et
 arguitur ut prius. ideo concedo consequentiam: et cum dicitur:
 quod in casu illo antecedens illius consequentiae est verum et con-
 sequens falsum: nego: et dico quod sicut consequens est falsum ita
 et antecedens: sed bene concedo quod antecedens illius praesumptio
 potest esse verum eodem consequente existente falso: sed tunc non
 erit ante illius consequentis: et per consequens nec illius con-
 sequentiae. unde dico quod illud consequens sic significando non
 potest esse verum sicut argumentum probavit: sed bene antece-
 dens potest esse verum sic significando et sic conceditur quod aliqua
 universalis potest esse vera sic significando et nulla eius singu-
 laris potest esse vera sic significando. sicut patet de talibus. nul-
 lus hoc. demonstratur: nihil demonstratur. nulla enim talium
 posset esse vera sic significando. hoc non demonstratur. et
 hoc est quod communiter solet concedi quod aliqua propositio est
 possibilis quae sic significando non potest esse vera. **¶** Item
 supposito quod iste terminus hoc. esset terminus discretus con-
 cederet haec conclusio. a. et b. propositiones ad invicem con-
 vertuntur et tamen. a. potest esse verum sic significando et non
 b. patet posito quod a. esset ista hoc. non demonstratur. et b.
 ista hoc non demonstratur. Et sicut conceditur quod aliqua est
 propositio contingens quae non potest esse vera sic signifi-
 cando: ita et aliqua est contingens quae non potest esse falsa:
 sicut ista hoc est quocumque demonstrato. **¶** Sequitur vi-
 terius haec conclusio quod aliqua consequentia non valet: cuius an-
 cedens est contingens quod potest esse verum et tamen si antece-
 dens illius consequentiae sit verum sic praesumptio significando si-
 cut nunc significat consequens eius est verum. haec conclusio pro-
 batur faciendo talem consequentiam. solus asinus demon-
 stratur igitur tu non es homo: et constat quod non valet talis
 consequentia. quia propter demonstrationem asini qualicumque
 non oportet te desinare esse: et notum est quod antecedens illius
 consequentiae sit verum sic significando: quod etiam consequens
Amplius ad principale arguitur sic. Ista consequentia non valet. hoc est album igitur hoc non est nigrum et tamen si album et nigrum sunt termini disperati igitur consequentia per cum minor et maior: cum probatur. et pono quod vna domus interius sit totaliter nigra et exterius totaliter alba et sit foris interius: et plato exterius. isto posito per quod si domus est alba et nigra quia non videtur ratio quare sit alba quin eadem ratione sit nigra et e contra. similiter foris iudicat ipsam esse nigram et plato albam modo non apparet quare plus iudicatur vnus sit verum quam alterius. **S**ecundo arguitur sic. hec consequentia non valet. hoc est calidum igitur hoc non est frigidum. et tamen si calidum et frigidum sunt termini disperati. igitur etc. consequentia tamen cum minor et maior: cum probatur: quia tepidum est calidum et frigidum: ideo consequentia non valet. antecedens probatur: quia tepidum respectu tactus frigidi vere iudicatur calidum respectu tactus calidi iudicatur frigidum: modo sensus non decipitur circa proprium obiectum secundo de anima ergo ista iudicia sunt vera. quare sequitur quod illud tepidum sit calidum et frigidum. et isto modo potest probari quod idem sit album et nigrum. quia idem obiectum respectu visus debilius iudicatur nigrum et respectu formatus iudicatur album et similiter sunt diuersos gustus idem est dulce et amarum. quia quod est dulce homini et alijs animalibus est amarum et e contra. **T**ertio arguitur sic. ista consequentia non valet hoc mouet igitur hoc non quiescit: nec ista hoc quiescit igitur non mouetur. et tamen moueri et quiescere sunt termini disperati: sicut currere et sedere. igitur etc. consequentia tamen cum minor et maiorem probatur. quia spera ignis quiescit cum sit in loco suo naturali. videlicet. in concavo orbis lune: et tamen continue mouet circulariter ad motum sui locantis: et vbi spera lune non moueret adhuc ignis moueret de equinociali versus polos propter restorationem corrupti ab aere etc. **P**ro solutione primi argumenti dico quod non est dare modum generale arguendi conuertibiliter inferentem quacumque rem esse albam: sunt enim diuersae rationes quibus res diuersae dicuntur albe: vt dicimus cingulum album et cornu nigrum propter penas albas vel nigras: et equum album propter crines albas: monachum album vel nigrum propter cappas albas vel nigras: hominem album propter faciem cuius certe partes sunt albe: et hoc album propter eam admodum eius punctum: albedinem similiter dicitur mapas nigram quia deturpata et albam quia recens excedent albedine. ita ergo possumus dicere ad argumentum quod illa domus est alba et non nigra quia ad hoc quod sit alba: sufficit quod sit exterius dealbata: et cum dicitur foris iudicatur ipsam esse nigram. dico quod si iudicat ipsam esse nigram simpliciter interiores vere iudicat. si autem iudicat ipsam simpliciter esse nigram false iudicat: quia penes denigrationem talis partis non dicitur domus esse nigra sed oportet quod denigratio fieret in parte exteriori. Verum tamen posset responderi aliter si alicui placeret. dicens quod ista domus nec est alba nec nigra sed est alba et nigra collectivae: sicut si assignatur vnus quantum subtile ipsum imaginabile diuidendo in duas medietates equales longas et equaliter latas cum ipso sic quod medietas vnus quies esset alba et medietas ver-

si non datur causa diuersitatis. **Secundo** arguit sic. ista consequentia non v3. necessario homo est animal igitur necessario omne animal est homo et tamen ibi sunt oēs conditiones assignate in regula. igitur et c. consequentia tenet cum maiori cum antecedens sit verum et consequens falsum et minores probat. q: quilibet istarum est affirmatiua et cinides denominationis: q: modalis in sensu composito rōne modi necessitatis et q: predicata et copula conuertant p3 de se. subiecta sicut conuertuntur q: in qualibet istarum precise subiectum animal. quare et c. **Tertio** arguit sic. ista consequentia non valet pater in diuinis est generans igitur essentia diuina est generans et tñ ibi sunt oēs conditiones in regula assignate. igitur et c. consequentia t3 cum maiori. q: antecedens est verum et consequens falsum. q: sequitur essentia diuina est generans igitur essentia diuina generat qd est hereticum. Ita p3o minore. nam in minori non videtur alia diuersitas nisi q: si pater in diuinis et essentia diuina non conuertuntur. sed p3o q: conuertuntur q: quilibet istorum vniuersaliter de alio verificat. v3. omnis pater in diuinis est eētia diuina et oīs eētia diuina est pater in diuinis. quare et c. **Pro** solutione oīum istorum argumentorum dico q: in regula non refertur si manente cōsimili denominatione ad propositiones soluz. verum etiam ad extrema. i. q: extrema cōsimiliter denotent quo ad suppositiones generalē vel speciales. Ita q: si in vna supponit terminus vnus personaliter et in alia sicut. si distributive in vna et in alia sicut. et si restricte vel applicatiue in vna et in alia tali modo. per hoc potest responderi ad p3m argumentum dicendo q: omnis homo est aliquis hō quilibet homo est aliquis hō. cum si homo supponat amplius in p3a q: in secunda ut de se p3. veritatem posset aliter et melius responderi dicendo q: non semper hō et si hō conuertuntur sicut p3 in talibus hō currit iste homo currit. vbi si homo in vna stat determinate et in alia discrete et sic debet negari q: subiecta conuertuntur. conuenterent. n. si maneret vtrobiq: cōsimilis denominatio. **Ad** secundum argumentum dicitur q: si animal in vna stat confuse tñ et in alia stat confuse distributive propterea variat denominatio. quare et c. **Ad** tertium dicitur petendo quomodo tenet si generans an adiectiue et participialiter an substantiue. Si p3o modo non valet consequentia q: mutatur denominatio cum si pater supponit personaliter et si essentia diuina simpliciter. Si autem vtrobiq: si generans stet substantiue. conceditur consequentia et cōsequens. q: essentia diuina est pater generans igitur eētia diuina est generans: et tunc negat cōsequentia cum inferitur igitur esse diuina generat. hoc. n. cōsequens non sequitur nisi si generans teneat adiectiue. quare et c.

Secunda regula est ista quādoque sunt due propositiones quarum subiecta conuertuntur et copule eiusdem: et predicamenta similiter manente cōsimili denominatione et p3m significatis: ab vna ad reliquā valz argumentum et econtra. verbi gratia. tu es homo igitur tu es risibilis. Et notanter dico manente eadem denominatione q: si vna esset affirmatiua et reliqua negatiua non oportet ipsas conuerti non obstante q: extrema et copule conuenterentur ut tu es homo et tu non es homo. Similiter si vna esset quanta vna quātitate et altera reliqua: non oportet quālibet alteram inferre non obstante q: extrema et copule conuenterent: cum existentia cōsimilis qualitatis: ut omne animal est homo et animal est homo. Iterum si talium propositionum vna esset quāta et non altera non oportet ab vna ad reliquā et econtra valere argumentum. ut p3 de istis homo est animal tñ homo est animal. **Dicebat** scdo et p3m significatis. q: si ille propositiones non significarent iuxta compositionem suarū partium vel terminorum non deberet vna alteram inferre non obstante q: essent omnes conditiones predictae in eis debite assignate. quare et c. **Contra** istam regulam arguit sic. ista consequentia non valet. quilibet homo est aliquis homo igitur omnis hō est aliquis homo. et tamen hic sunt oēs conditiones expresse in regula. igitur et c. consequentia patet cum maiori q: contradictorium consequentis stat cum antecedente: cum quilibet istarum sit vera. quilibet homo est aliquis homo et homo non est aliquis homo. q: nulla mulier est aliquis homo et quilibet mulier est hō igitur homo non est aliquis hō. sed iam minores probat: quia ille due propositiones sunt cōsimilis qualitatis et quātitatis ut p3: sunt etiaz de cōsimili subiecto predicato et copula. q:

si non datur causa diuersitatis. **Secundo** arguit sic. ista consequentia non v3. necessario homo est animal igitur necessario omne animal est homo et tamen ibi sunt oēs conditiones assignate in regula. igitur et c. consequentia tenet cum maiori cum antecedens sit verum et consequens falsum et minores probat. q: quilibet istarum est affirmatiua et cinides denominationis: q: modalis in sensu composito rōne modi necessitatis et q: predicata et copula conuertant p3 de se. subiecta sicut conuertuntur q: in qualibet istarum precise subiectum animal. quare et c. **Tertio** arguit sic. ista consequentia non valet pater in diuinis est generans igitur essentia diuina est generans et tñ ibi sunt oēs conditiones in regula assignate. igitur et c. consequentia t3 cum maiori. q: antecedens est verum et consequens falsum. q: sequitur essentia diuina est generans igitur essentia diuina generat qd est hereticum. Ita p3o minore. nam in minori non videtur alia diuersitas nisi q: si pater in diuinis et essentia diuina non conuertuntur. sed p3o q: conuertuntur q: quilibet istorum vniuersaliter de alio verificat. v3. omnis pater in diuinis est eētia diuina et oīs eētia diuina est pater in diuinis. quare et c. **Pro** solutione oīum istorum argumentorum dico q: in regula non refertur si manente cōsimili denominatione ad propositiones soluz. verum etiam ad extrema. i. q: extrema cōsimiliter denotent quo ad suppositiones generalē vel speciales. Ita q: si in vna supponit terminus vnus personaliter et in alia sicut. si distributive in vna et in alia sicut. et si restricte vel applicatiue in vna et in alia tali modo. per hoc potest responderi ad p3m argumentum dicendo q: omnis homo est aliquis hō quilibet homo est aliquis hō. cum si homo supponat amplius in p3a q: in secunda ut de se p3. veritatem posset aliter et melius responderi dicendo q: non semper hō et si hō conuertuntur sicut p3 in talibus hō currit iste homo currit. vbi si homo in vna stat determinate et in alia discrete et sic debet negari q: subiecta conuertuntur. conuenterent. n. si maneret vtrobiq: cōsimilis denominatio. **Ad** secundum argumentum dicitur q: si animal in vna stat confuse tñ et in alia stat confuse distributive propterea variat denominatio. quare et c. **Ad** tertium dicitur petendo quomodo tenet si generans an adiectiue et participialiter an substantiue. Si p3o modo non valet consequentia q: mutatur denominatio cum si pater supponit personaliter et si essentia diuina simpliciter. Si autem vtrobiq: si generans stet substantiue. conceditur consequentia et cōsequens. q: essentia diuina est pater generans igitur eētia diuina est generans: et tunc negat cōsequentia cum inferitur igitur esse diuina generat. hoc. n. cōsequens non sequitur nisi si generans teneat adiectiue. quare et c.

Tertia regula est ista ab vno conuertibili ad reliquū rōne totius extremi et cathegorie et consequentia significantibus p3o iuxta compositionē suarū partium est bonum argumentum. verbi gratia. tu es hō igitur tu es risibilis. animal currit igitur rudibile currit. Et notanter dico rōne totius extremi. q: non sequitur scio te esse hoīem igitur scio te esse risibilem. tu scis animal currit igitur tu scis rudibile currit. et sic de alijs. **Sed** hic est notandum q: terminorum quidam conuertuntur simpliciter quidā sicut qd. Illi termini simpliciter conuertuntur quorum quilibet est alteri formaliter illatiu? cum esse et existere scdo adiacente precise et isto modo isti duo termini conuertuntur homo et pars hominis: formaliter sequitur homo est igitur pars hominis est et econtra. et isto modo etiaz relatiua adiuicez conuertuntur ut pater vel mater est igitur filius vel filia est et econtra. sed non sequitur pater vel mater currit igitur filius vel filia currit: sed de hoc magis infra. **Contra** istam regulam arguitur sic. nullus terminus discurret vel facit discursum aut illationē igitur nullus terminus infert alium: patet consequentia et

antecedens probat: eo quod solum propositiones discernunt vel faciunt illationes. nunquam enim intelligeret talis modus arguendi homo igitur risibile vel e contra. **Secundo** arguitur sic. isti duo termini simpliciter conuertuntur homo et tamen homo: et tamen non sequitur homo currit igitur tamen homo currit. igitur regula falsa: consequentia tenet cum minor et maior probat. Nam sequitur formaliter. tantum homo est igitur homo est: et e contra. Similiter in tertio adiacente tu es homo igitur tu es tamen homo. quod quilibet propositio conuertitur cum se ipsa propositio dictione exclusiva addita predicato. **Tertio** arguitur sic. isti duo termini simpliciter conuertuntur: contradictorius et contradictorius. et tamen unus illorum non est formaliter alterius illationis. igitur et tamen consequentia et prima pars antecedentis probat. Nam sequitur formaliter. contradictorius est igitur contradictorius est et e contra. Similiter sequitur in tertio adiacente. a. est contradictorius igitur a. est contradictorius contradictorius. quare et tamen. sed minor probatur. quod non sequitur contradictorius. a. est verum igitur contradictorius contradictorius. a. est verum dato quod a. sit illa homo est asinus. **Ad** hec argumenta respondet ad primum dicendo quod verbaliter concludit verum sed regula sic intelligitur: quod per conceptum talis termini deuenimus in conceptum alterius et e contra cum quocumque adiacente constituent: ipsis existentibus extremis totalibus. quare et tamen. **Ad** secundum dicit concedendo quod si homo et si tamen homo simpliciter conuertuntur: et concedo quod ista consequentia non valet. homo currit igitur tamen homo currit: nec arguitur per regulam. quod si tamen homo non est subiectum. sed bene sequitur igitur aliquid tamen homo currit. similiter sequitur tu es homo igitur tu es tamen homo ubi si homo et si tamen homo sunt extrema totalia. **Ad** tertium dicit concedendo quod illi termini simpliciter conuertuntur contradictorius et contradictorius contradictorius. **Et** tunc ad argumentum concedo quod illa consequentia non valet. contradictorius. a. est verum igitur contradictorius contradictorius. a. est verum. nec arguitur per regulam: imo contra regulam cum non arguat respectu totius extremi eo quod in istis non sunt totalia extrema contradictorius et contradictorius in contradictorius. sed contradictorius. a. et contradictorius in contradictorius. a. que ad invicem non conuertuntur imo debebat sic argui. contradictorius est verum igitur contradictorius in contradictorius est verum. quare et tamen.

Amplius ad principale arguitur sic. Ista consequentia non valet hoc est risibile ergo hoc est homo. et tamen hic arguitur per regulam igitur regula falsa: consequentia tenet et antecedens probatur. et demonstro antechristum per si hoc quo posito consequens est falsum et antecedens est verum. quia antechristus potest ridere igitur antechristus est risibilis patet consequentia quod risibile et posse ridere conuertuntur. **Secundo** arguitur sic. aliquid est risibile quod non est homo igitur si homo et si risibile non se mutuo formaliter inferunt. consequentia patet et antecedens probat. nam aliquis asinus est risibilis et nullus asinus est homo igitur aliquid est risibile quod non est homo. consequentia patet et antecedens probat. quod aliquis asinus est alicuius risibilis sine alicuius hominis. quare et tamen. **Tertio** arguitur sic. Isti duo termini conuertuntur homo vel asinus et homo. et tamen non sequitur omnis asinus est homo vel asinus igitur omnis asinus est homo: quare regula est falsa. consequentia tenet cum minor et maior probat quod omnis homo est homo vel asinus et omnis homo vel asinus est homo igitur illi termini conuertuntur. **Ad** hec respondet ad primum quod si risibile potest dupliciter sumi partialiter ampliative: vel nominaliter. si primo modo non conuertitur cum si homo sed cum si posse ridere. Si autem nominaliter teneatur conuertitur cum si homo. quod equivalet tali complexio aliquid quod est aptus natus ridere. et sic argumentum non procedit. **Ad** secundum nego illud: aliquid est risibile quod non est homo secundum intellectum datum. et cum dicitur asinus est risibilis et non est homo. igitur et tamen. si si risibilis tenetur in obliquo negatur consequentia. si autem in recto concedo consequentiam et nego antecedens. **Ad** tertium nego quod si homo et si homo vel asinus conuertuntur: et cum dicitur. omnis homo est

homo vel asinus concedo. et omnis homo vel asinus est homo. dico quod si totum distinctum est subiectum neganda est illa propositio. si autem subiectum dicitur precise si homo concedatur ipsa. et per hoc non probatur quod illi termini conuertuntur. quia oportet quolibet illorum universaliter verificari posse de altero quod liter non est in proposito.

Quarta regula est ista ab uno correlatio ad rellatum quod ratione totius extremi et secundi adiacentis categorialis et consequentia significantibus iuxta compositionem suorum terminorum est bonum argumentum. unde bene sequitur. dupliciter est igitur dimidius est et e contra. simile est igitur alicui simile est et e contra. **Et** notanter dico ab uno correlatio. quod virtus et vicium sunt relativa et non sunt correlativa. quod virtus refertur ad virtuosum et non ad vicium: similiter vicium terminatur in viciosum et non in virtutes. **Dicit** secundo notanter secundi adiacentis. quod respectu tertij implicite vel explicite non valet consequentia. quod non sequitur dimidius est pedale igitur dupliciter est pedale. nec e contra nec sequitur dimidius mensurat vel cognoscit igitur dupliciter mensurat vel cognoscit. **Dicit** tertio ratione totius extremi. quod non sequitur pater barbatus est igitur filius barbatus est vel filia barbata est. et sic de alijs. **Contra** istas regulam arguitur sic. pater et filius sunt correlativa secundum Aristotem. et tamen non sequitur. pater est igitur filius est nec e contra. igitur et tamen. consequentia patet cum maior et minor probat. quia stat quod pater habeat filiam et non filium. si quod filius habeat matrem et non patrem. **Secundo** arguitur sic. ista sunt correlativa secundum Aristotem. in partibus scia et scibile: et tamen non sequitur scia est igitur scibile est. igitur et tamen. consequentia patet et antecedens probatur pro minor. quia de vacuo est scia in quarto philosophorum de infinito in tertio. et sic de multis alijs quorum nullus est vel potest esse. igitur et tamen. **Similiter** non sequitur scibile est igitur scia eius est. quod quadratura circuli est scibilis sed nondum scita per Aristotem. in partibus capitulo de relatione igitur non est scia eius. Similiter multa sunt de quibus non est scia aliqua. **Tertio** arguitur sic. ex regula sequitur quod ex quo libet relativo sequitur suum correlativum. consequens est falsum. quod iste terminus idem est terminus relativus et non habet correlationem cum quolibet referat ad aliud et sic non habet relationem ad aliud extremum. quare et tamen. **Ad** hec respondetur ad primum dicit primo quod illi termini pater et filius non sunt termini correlativi nec ista fuit intentio Aristoteli. quod illi termini essent correlativi: sed quod ille res que sunt pater et filius sunt correlativae non quidem discursive vel illative sed per quasdam habitudines incipientes in uno et terminatas in alijs. pater. n. paternitate est pater que fundatur in patre et incipit in ipso et terminatur in filio: filius autem filiatione est filius incipiente fundametaliter in filio et terminata in patre: eodem modo dicatur si pater haberet filias et non filium et si filius haberet matrem et non patrem. **Et** tunc incidit questio quare ergo noluit philosophus dicere de terminis. dico quod ipse voluit dicere unum istorum trium. videlicet quod si pater et si filius sunt correlativa sumendo ipsos significantive: pro utroque sexu. Ita quod si pater significat indifferenter patrem vel matrem et ille terminus filius indifferenter significat filium vel filiam sicut ille terminus corum vel avis indifferenter significat vtrumque sexum. **Secundus** intellectus potest esse: quod ipse voluit quod si pater et si filius essent correlativa cum quadam limitatione. videlicet pater filij et filius patris. et isto modo ista sunt correlativa pater filie et filia patris: mater filij et filius matris: et tunc ab una ad reliquum est bonum argumentum et e contra. **Tertius** intellectus est quod homini termini simplices non sunt correlativi sed talia distincta. videlicet pater vel mater filius vel filia ita quod bene sequitur pater vel mater est igitur filius vel filia est et e contra. etiam sequitur pater est igitur filius vel filia est sed non e contra. Similiter sequitur filius est igitur pater vel mater est sed non e contra. **Ad** secundum argumentum dicit quod correlativorum quedam sic se habent quod unus existentia necessario requirit existentiam alterius simul cum ipso: quedam vero non sic requirunt sed solum presentialiter presentive vel saturative secundum importationes significantis ipsa.

Exemplum p̄mi pater vel mater filius vel filia: impossibile enim patrem esse quia pro illo instanti sit filius vel filia: similiter impossibile est filium esse quia pro illo instanti sit pater vel mater. Similiter est dicendum de duplo et dimidio simili et dissimili equale et inaequale. Exemplum secundi ut prius et posterius generans et generatus causa et causatum: stat enim prius esse sine suo posteriori et e contra: similiter stat generans esse sine suo generato et e contra: stat enim causa sine suo causato et e contra. **D**ico igitur quod relatione que sunt signa p̄morum relativorum a parte rei se mutuo inferunt respectu cuiuscumque verbi de secundo adiacente s̄m exempla superiora posita de presenti et de preterito vel futuro. sequitur enim pater vel mater est ergo filius vel filia est. sequitur etiam pater vel mater fuit vel erit igitur filius vel filia fuit vel erit: similiter duplum fuit vel erit igitur duplum fuit vel erit vel e contra. Sed relatione signa relativorum secundo modo dictorum non sic se inferunt sed quodlibet illorum sumptum cum verbo de presenti secundi adiacentis infert aliud cum eodem et altero verbo distinctum iuxta exigentiam importatam per ipsorum verbum: nec sequitur prius est igitur posterius: nec sequitur e contra: sed bene sequitur prius est igitur posterius est vel erit similiter sequitur posterius est igitur prius est vel fuit. similiter non sequitur generans est igitur generatus est: nec e contra: sed bene sequitur generans est igitur generatus est vel erit: et sequitur generatum est igitur generans est vel fuit. et sic dicatur de causa et causato. **P**er hoc igitur potest dici ad argumentum quod stat scientia esse sine scibile et e contra. Ideo non sequitur scientia est igitur scibile est: nec e contra. nec hoc est contra regulam. quia bene sequitur scientia est igitur scibile est vel potest esse: similiter scibile est igitur scientia est vel potest esse: et si fiat limitatio ut scientia vacui est: debet concludi igitur vacuus est vel est imaginabile. et sic de infinito dicatur. **A**lter potest dici pro solutione istius argumenti quod isti termini scibile et sensibile de quibus loquitur philosophus in capitulo de relatione possunt sumi active et passive: si active scibile idem est quod aliquid potens scire et sensibile aliquid potens sentire: passive vero sensibile idem est quod aliquid potens sciri et scibile aliquid potens sciri. **D**ico ergo quod sumendo illos terminos primo modo non sunt illi correlativi scientia et scibile sensus et sensibile. sed secundo modo: nec contra hoc vadit argumentum. quia sumendo illos terminos primo modo bene sequitur scientia est igitur scibile est: quia bene sequitur scientia est igitur eius subiectus est igitur scibile est. verum est tamen quod non sequitur scibile est igitur scientia est: sed bene sequitur igitur scientia est vel potest esse. propter ampliationem importatam per istos terminos scibile: secus autem est de illis terminis sensus et sensibile qui se mutuo inferunt mediante hoc verbo est. **H**ec responsio bona est sed non vadit ad textum: scribitur enim sic. scibile sublatum simul aufert scientiam: scientia vero non aufert scibile. Nam si scibile non sit non est scientia: scientia vero si non sit nihil prohibet esse scibile: et de sensu ait infra: nam sensibile interemptum simul perimit sensus: sensus autem sensibile non simul perimit. Ex quibus patet quod philosophus sumit in textu sensibile et scibile active et non passive. **T**ertio modo potest responderi quod non fuit intentionis Aristotelem. quod illi termini eant correlativi scientia et scibile: et sensus et sensibile sed de ipsis facit mentionem iuxta opinionem aliorum ipsos reprobando unde posita propter tate una relativorum s̄m opinionem illorum: quod sunt simul natura arguit contra illam per longum processum: non respondendo ad argumenta propria: sed bene voluit quod illi essent correlativi sciens et scientia sentiens et sensatio. quare etc. **P**ro solutione tertij argumenti est notandum quod duplex est relatio. videlicet ratio et realis. Relatio realis est illa que nunquam dependet ab intellectu sicut relatio patris ad filium. Relatio rationis est illa que dependet ab intellectu sicut relatio mentalis que est inter illos terminos duplum et dimidium simile et dissimile et sic ultra. **I**tem relatio dupliciter sumitur communiter et stricte communiter

loquendo de relatione omnis relatio que non dependet ab intellectu est realis et isto modo idemitas est relatio realis. Sed relatio stricte loquendo dicitur esse illa que est inter extrema realia realiter distincta mutuo ad invicem dependentia. Ita quod ad relationem realem stricte sumptam tria requiruntur primo quod extrema relationis non dependant ab intellectu sed quod sint realia. **S**ecundum quod extrema relationis sint diversa realiter. **T**ertium quod inter extrema relationis sit mutua habitudo: propter primum oppositio inter ens et non ens: non est relatio realis stricte sumpta. quia extrema non sunt realia: propter secundum idem idemitas non est relatio realis stricte sumpta quia non est inter extrema realiter diversa: propter tertium relatio inter scientiam et scibile secundum primam responsionem non est realis stricte sumpta quia scientia refertur ad scibile et non e contra. **D**ico ergo quod terminus relativus significans suum significatum in quo est relatio realis proprie sumpta est sui correlativus illativus ut pluries dictum est. **S**ed terminus relativus non sic se habens sicut ille terminus idem non expedit quod suum correlativum significativum distinctam inferat quia non habet. quare etc. **E**t sic ex his concluditur quod idem est terminus a quo et terminus ad quem relationis: concedo communiter sumendo relationes sed proprie et stricte non: quia paternitate pater est terminus a quo et filius vel filia terminus ad quem etc. **E**x predictis patet quod talis consequentia non valet. **S**or. genus platonem igitur sor. fuit pater platonis: aut plato fuit filius sor. stat enim quod post administrationem materie platonis a sorte sort. fuisset corruptus priusquam plato vixisset. et sic aliquis homo fuit qui nunquam fuit filius nec habens patrem nec matrem: dato quod fuisset corrupta ante generationem platonis. et sic conceditur esse possibile quod sortes. et plato masculi habuerunt eundem patrem et eandem matrem numero. Et tamen non fuerunt fratres ad invicem nec consanguinei. quare etc. **S**ed hic oritur unum dubium utrum omnia correlativa sint relative opposita. **D**icitur quod non: ipsa sumendo in sua communitate. **N**am certum est quod idem pater et filius eadem est mater et filia idem est duplum et dimidium respectu diversorum. **S**ed sumendo relativa cum determinatione respectu eiusdem dico quod omnia talia sunt relative opposita: impossibile enim est quod idem sit pater et filius respectu eiusdem aut quod idem sit duplum et dimidium respectu unius et eiusdem. et sic de alijs. **C**ontra istam responsionem arguitur probando quod correlativa verificantur de eodem et respectu eiusdem: quia si non cum magnum et parvum respectu eiusdem sunt opposita relative sequitur quod nihil esset magnum et parvum respectu eiusdem. **S**ed contra medietas sortis est parva respectu sort. ut patet et est magna respectu eiusdem probatur. quia si illa medietas est non magna respectu sort. igitur est non quanta respectu sort. consequens est falsum. quia illa medietas est pars quantitativa respectu sort. Et per consequens quanta respectu ipsius. Iterum sequitur quod sort. non sit magnus respectu illius medietatis et sic sort. non est maior illa medietate quod est falsum. **S**ecundo arguitur sic. ille terminus contradictorium est oppositum relative ad suum contradictorium: et tamen aliquod verum est suum contradictorium igitur responsio falsa. minor probatur. **N**am hec condicionalis est vera. verum est si suum contradictorium est verum: et antecedens est possibile quocumque dato igitur consequens est compossibile cum antecedente igitur talis copulativa est possibilis verum est et suum contradictorium est verum et per consequens de possibili verum est suum contradictorium. **T**ertio arguitur sic. si est possibilis aliquis homo genuit seipsum igitur etc. ans. probat. hec est possibilis aliquis homo currit et tunc homo quem iste genuit currit. igitur etc. p. p. q. sequitur aliquis homo currit: et tunc homo quem iste genuit currit igitur precise genitus currit: et qui genuit eundem currit. ex quo sequitur quod ille qui currit genuit se ipsum patet consequentia: probatur: antecedens: quia ista condicionalis est bona aliquis homo

mo currit si tñs homo quem ille genuit currit & antecedens est possibile quocumq; dato. Nam hec est possibilis tantū homo quem sor. genuit currit igitur & consequens est cō- possibile antecedenti. quare &c. Ad p̄mum concedo q̄ hec medietas non est magna respectu sor. ex quo non sequitur q̄ sor. non sit magnus respectu illi? medietatis vel q̄ nō sit maior illa medietate. Et si arguitur sic. si sor. est albus respectu. b. vel albi. b. b. est album respectu sor. igitur per idem si sor. ē maior ista medietate illa est magna respectu. b. dicitur negando consequentia: q̄ illi termini magnum & partium sunt relative opposita & non illi termini album & nigrum: & inde est q̄ similiter nō sequitur. a. gradus est intensior. b. respectu. a. quia intensio & remissio h̄ sunt opposita p̄uative tñs sunt relativa. & sic patet q̄ ista cō- sequentia nō valet. Illa medietas est non magna respectu sor. igitur est non quanta respectu sor. quia quantus & non quātum non sunt relative opposita sed opposita cōtradictoria. Ad secundum negatur q̄ antecedens in illa conditionali verum est si suum cōtradictorium est verū sit possibile. quia significat assertive q̄ verū cōtradictorium est verum. Et si ex hoc inferatur q̄ aliqua p̄positio est sua cō- tradictoria quia significat q̄ aliqua p̄positio est alicuius p̄- positionis contradictoria: nego cōsequentia: nec illa sic significat sed significat p̄o suis singularibus q̄ hec p̄positio est sua contradictoria vel hec vel aliqua talis q̄ cōstat esse impossibile: similiter sequitur q̄ nullum verum est si suus cōtradictorium est verum: sic cōceditur q̄ si tñs pater est non tantum pater est & si tātum pater est tātum pater est. Ad tertium respondeo q̄ illud antecedens est impossibile aliquis homo currit: si tantus homo quem iste genuit currit. quia ista significat assertive q̄ tātū homo currit quē genuit homo qui currit: q̄ implicat cōtradictionem. Verum tamen si p̄poneretur illa aliquis homo est & tantum homo sibi inequalis currit potest dubitari an relatio transeat ad suppositum illius termini aliquis homo in p̄ma cō- positione. s. aliquis homo est & sic illa copulativa est possibilis quocumq; dato q̄: dato sor. hec est possibilis sor. est & tantum homo inequalis sor. currit. Si vero termines relatio ad suppositum illius termini homo in sc̄da cōpositio- ne. s. tñs homo inequalis sibi currit illa est impossibilis: q̄ tunc aliquis foret sibi inequalis: quare &c.

Regulas alias predicamentales penes secundas partem tertie distinctionis sequitur assignare que in superioritate & inferioritate cōitate & singularitate p̄oitate & posterioritate fundamē- talit̄ radicantur. Ut ergo ipsarū clarins pateat noticia tria notabilia sunt declaranda. Ad p̄mū notabile est istud q̄ ille terminus est altero termino cōmu- nior qui omnem suam verificationem claudit & nō econtra. Ita si sunt duo termini. a. & b. & de quocumq; est verificabile. a. est verificabile. b. & non econtra. b. terminus cō- munitior est q̄. a. sicut iste terminus homo cōmunitior ē q̄ iste terminus homo albus & ille terminus animal cōmu- nior: est q̄ ille terminus homo. Ex quo notabili sequitur duo correlata. p̄mū est q̄ aliquis terminus cōmunitior est q̄ terminus transcendens. patet q̄ de quocumq; veri- ficatur ille terminus ens verificatur ille terminus possibili- le & non econtra. p̄ enim q̄ si aliquid est ens illud est pos- sibile & nō si aliquid est possibile illud est ens. quia hoc est possibile demonstrato antep̄o: & tamen non est ens. simi- liter ille terminus intelligibile cōmunitior est q̄ ille terminus possibile quia si aliquid est possibile illud est intelligibile & non econtra. Sed hic dubitatur quare Aristo. vocat li- ens terminus transcendens & non li possibile vel intelligibi- le ex quo sunt cōmunitiores eo: dicitur q̄ philosophus nō consideravit cōmunitatem simpliciter vt sibi nomen tran- scendentis attribueret sed consideravit simplicitatē termi- ni potentis de quolibet actu existente verificari. quia philo- sophus totum mundum & omnia que in eo sunt diuisit in decem predicamenta. & in eis solum existentia collocādo: vi- dens ergo q̄ terminorum simplicitatem quidam verificabā-

tur de omnibus predicamentis precise vniuersaliter & quidā non: p̄mos vocant transcendentis & reliquos nō. Ita er- go q̄ si queritur quid est terminus transcendens dico q̄ terminus transcendens est terminus simplex solū de om- nibus actu existentibus verificabilis deducta noua imposi- tione: sicut est ille terminus ens vel aliquid illo: n̄ aliquid: res vnum. Dico notanter simplex. quia iste terminus homo non verificatur de omnibus existentibus & precise de illis & tamen nō est transcendens quia terminus com- positus. Dicitur etiam notanter de omnibus existentibus precise. p̄pter illos terminos possibile & intelligibile imaginabile que verificatur tā de hijs que sunt q̄ de hijs que non sunt: sicut enim hec est vera homo est imaginabi- lis ita & ista chymera est imaginabilis &c. Secundū cor- relatum est istud: q̄ in quibusdam predicamentis gen? ge- neralissimum nō est cōmunitior q̄ genus subalternum: pa- tet de istis terminis quantitas & quātitas discreta. non di- stinguendo quātitate a re quanta: certum est q̄ de quo- cumq; verificatur li quātitas discreta verificatur li quātitas & econtra. quia omnis quātitas discreta est quātitas & om- nis quantitas est quantitas discreta. Hec idē patet de generalissimo substantie & de illo terminus corpus que ad- inuicem conuertantur quia omnis substantia de per se p̄dica- menti substantie est corpus. Unde sciendū est q̄ ille ter- minus substantia in maxima sua cōmunitate est terminus analogus ad substantias corporeas & incorporeas per p̄us significans incorporeas q̄ corporeas cū ergo predicamentali- ter vniocatur conuertitur cum illo termino substantia cor- poreas. & per consequens cū illo termino corpus. Qui est p̄- mum genus subalternum predicamenti substantie. Tertū correlatum est istud. aliq; duo termini sunt species specia- lissime quorū vnus altero est cōmunitior. patet de illis duo- bus terminis homo & album quorum p̄mus est species specialissima predicamenti substantie & secundus predicamenti q̄- litatis & de quocumq; est verificabile li homo ē verificabile li albi & non econtra. quia de quocumq; asino est verificabi- le li albi & de nullo asino ē verificabile li homo. Secū- dū notabile est istud q̄ iste terminus dicitur superior ad alium qui totam suam verificationem p̄ncipaliter includit cum sui adequati significati p̄oitate neq; volo dicere q̄ si sunt duo termini p̄ncipales. s. a. & b. & de quocumq; de ve- rificabile. a. de eadem est verificabile. b. & cum hoc signifi- catum adequatum. b. natura p̄us est q̄ significatum. a. b. est superior ad. a. & isto modo ille terminus animal est super- rius ad illum terminum homo: quia de quocumq; est veri- ficabile li homo ē verificabile li animal & per p̄us natura ē animal q̄ homo: similiter ille terminus substantia gen? ge- neralissimū predicamenti substantie superior est ad illū ter- minum corpus non obstante q̄ conuertatur cū ipso qua- re naturaliter p̄us est substantia q̄ corpus. Similiter iste terminus quantitas est superior ad illum terminum quātitas discreta quia p̄us est naturaliter quantitas q̄ quātitas discreta non obstante q̄ ambo adinuicem conuertantur. Contra dicatur q̄ ille terminus est inferior ad alium qui est in eodem predicamento cum ipso sed significatum suus adequatum posterior est natura significato alterius. Ex predictis patet q̄ termini qui non sunt in predicamento non se habent p̄p̄ie sicut superior nec sicut inferior: sicut ille terminus ens & alij termini cōmunitiores vel compositi sin- cathegoremate mediāte sicut sunt illi termini album & ni- grum homo vel non homo. Et si dicitur q̄ sic arguen- do tu es homo igitur tu es aliquid arguitur ab inferiori ad suum superior: dicitur q̄ non p̄p̄ie sed per quandā re- gulam: quia li ens de quolibet predicamento & qualib; par- te eius transcendētis verificatur: sumitur aliquādo superi- pro p̄o & econuerso: & inferiori pro posteriori & econtra: si- cut in multis argumentis similib; p̄dicto. si. n. iste terminus ens p̄p̄ie esset superior ad illū terminū hō vel igitur specifi- ce vel genericē: nō specificē. q̄ sic nō esset transcendēs nec genericē: quia si sic igitur vt genus generalissimū vel vt genus subalternum & qualitercumq; dicatur sequit q̄ nō

est transcendens. quare &c. **T**ertium notabile pro maiori declaratione huius secundi est istud: quod terminorum existentiam in aliquo predicamento quidam sunt in illo per se quidam per accidens & quidam per reductionem. Terminus per se in aliquo predicamento dicitur esse ille ex quo & generalissimo illius fit predicatio quidditativa & necessaria & isto modo iste terminus homo est in predicamento substantie quod hec predicatio homo est substantia est quidditativa & necessaria. Similiter iste terminus albedo est in predicamento qualitatis aut aliquis illorum linea superficies vel corpus. Terminus per accidens in aliquo predicamento dicitur esse ille ex quo & generalissimo illius fit predicatio vera sed contingens aut si est necessaria non est quidditativa. Exemplum primi for: est homo: tu es homo: hec predicatio est vera & essentialis vel quidditativa sed contingens est: quod potest esse vera vel falsa indifferenter sine noua impositione. Exemplum secundi ut coloratum est substantia: certum est quod ista predicatio vera est & necessaria sed non quidditativa cum iste terminus coloratus significet & denotet colorem supra istum terminum substantia. **T**erminus per reductionem in aliquo predicamento dicitur etiam ille qui ratione alicuius alteri est in illo predicamento de quo non verificatur generalissimum illius predicamenti: sicut in predicamento substantie ponitur materia & forma ratione hominis vel animalis cuius ipsa sunt principia intrinseca: in predicamento quantitatis ponitur unitas ut principium numeri: punctus ut terminus linee: instans vero ut terminus temporis: modo notum est quod de nullo istorum verificatur suum generalissimum: sed solum de hijs ratione quorum illa sic collocantur: isto modo est dicendum quod si album vel nigrum vel aliud aliorum creatorum predicamenti qualitatis vel relationis non est in predicamento per se sed solum per reductionem ratione suorum abstractorum: presupponendo quod si qualitas & relatio sint per se generalissima. **E**x quibus potest leuiter concludi & demonstrari quando vnus terminus est inferior ad reliquum & quando per accidens. Est enim vnus terminus inferior de per se ad reliquum quando ex ambobus fit categorica de hoc verbo est & necessaria & quidditativa: ut homo est animal. & dicitur terminus de per accidens inferior quando ex ambobus fit vera predicatio sed contingens vel ratio quidditativa ut iste homo est animal: homo albus est homo: album est substantia: & coloratum est corpus. prima est quidditativa & contingens secunda contingens & non quidditativa alie vero necessarie & non quidditative. **Q**uartum notabile est istud quod secundum sententiam Aristoteli. capitulo de prius in predicamento quinque modis aliquid dicitur esse prius altero. **P**rimo modo & proprie vnus dicitur altero prius secundum tempus. Nam vnus dicitur altero prius secundum quod est antiquius vel senius illo: sed nihil dicitur antiquius vel senius aliquo nisi secundum tempus igitur secundum tempus aliquid dicitur prius: & isto modo tempus preteritum quanto remotius est a presenti instanti tanto dicitur prius & tempus futurum quanto propinquius est presenti instanti tanto dicitur prius & quanto remotius tanto posterius. **S**ecundo modo aliquid dicitur altero prius a quo formaliter non conuertitur subsistendi consequentia: & sic vnus est prius duobus. nam duobus existentibus sequitur quod vnus est. & non econtra formaliter: modo illud a quo non conuertitur subsistendi consequentia vocatur prius secundo modo prioritatis. **E**t hic est notandum quod non est idem dicere prius est illud a quo non conuertitur subsistendi consequentia. & prius est illud a quo non conuertitur consequentia nam prius a quo non conuertitur subsistendi consequentia est idem quod respectu esse existere sequitur ad aliud & non econuerso: & sic vnus est prius duobus & substantia prior accidente: sed prius a quo non conuertitur consequentia est idem quod respectu cuiuscumque affirmati sequitur ad aliud & non econuerso. **E**t sic magis commune est prius minus consistit ille terminus animal respectu istius termini homo: quod sequitur formaliter homo currit igitur animal currit & respectu

cuiuscumque verbi & non econuerso. **E**t notate dico formaliter: quod sequitur homo est igitur animal est & econuerso prima consequentia formalis est & secunda materialis. **Q**uare &c. **E**x his sequitur quod si non homo prius est quam si homo. quod sequitur formaliter homo est igitur aliquid non homo est & non econtra formaliter. **E**t si arguitur contra hoc per prius primo posteriorum dicentem. quod affirmatio est prior negatione & habitus prior priuatione. dico quod philosophus non dicit vel loquitur de prioritate istius modo sumpta sed de prioritate quarto vel quinto modo sumpta. **T**ertio modo dicitur aliquid prius secundum ordinem ut in disciplinis & ordinibus. Nam in disciplinis secundum ordinem rectum aliquid dicitur prius & aliquid est posterius. Nam in geometria elementa. s. principia sunt priora hijs que describuntur a constructiombus sequentibus ex premissis. similiter in grammatice. nam elementa. s. littere sunt priora sillabis & in rethorica. prohemium est prius narratione: illud igitur est prius isto modo quod secundum ordinem rectum procedendi oportet prius accedere & sic in qualibet scientia principia sunt priora conclusionibus quia rectus ordo in acquirendo scientiam est a principijs incipere & ex eis ad conclusiones procedere. **Q**uarto modo dicitur prius secundum honorem vel bonitatem: unde illud quod est honorabilius alio vel melius dicitur prius isto: & ratio quia iste est prior apud aliquem qui est apud eum melior & honorabilior atque magis dilectus igitur illud quod est alio simpliciter melius & honorabilius est prius simpliciter illo. **Q**uinto modo aliquid dicitur prius alio quod est causa illius & sic causa naturaliter dicitur prior suo effectu sicut est pater respectu filij: eo quod naturaliter prius est pater quam filius similiter prius est subiectum quam propria passio. **S**ed hic est aduertendum quod aliquid dicitur altero prius a quo sicut causa effectiua respectu sui effectus: quoddam est prius ex quo sicut principia intrinseca ex quibus fit res: quoddam est prius propter quod sicut finis finis enim est prius quam ea que sunt ad finem: & quarto est quoddam prius in quo: sicut res temporalis respectu temporis & res locata respectu loci. **E**t sic de alijs. **S**ed hic forte quereretur aliquis ex quo aliquid est altero prius qua prioritate est prius: an prioritate temporalis durationis vel prioritate nature: sic quod in eodem instanti temporis sint plura instantia nature in quorum vna sit causa & in alio effectus. **A**d istud respondet quidam theologorum quod huiusmodi prioritas non est temporalis vel temporalis sed nature ita quod in eodem instanti temporis sunt multa instantia nature: verbi gratia. posito quod deus pro hoc instanti temporis crearet vnum corpus luminosum secundum se & quodlibet sui: certum est quod pro hoc instanti temporis deus esset agens materia: forma: compositum: & lumen: modo secundum dicta prius est causa effectiua puta deus quod materia prima. **E**t prius est materia prima quam forma: quod prius est subiectum quam sibi inherens: deinde prius est forma quam compositum cum sit principium intrinsecum eius ab ipso presupposito: vltimo per prius est ipsam corpus luminosum quam lumen suum ut patet: dicunt ergo quod in hoc instanti temporis sunt quinque instantia nature: in primo est deus causa efficiens creatura. in secundo est materia. in tertio forma. in quarto compositum. in quinto effectus ipsius compositi. **E**t per hunc modum imaginantur ipsi de diuinis productionibus quod in primo instanti nature essentia diuina est inscipiens & ignota: & in secundo intellectus diuinus intelligit se. in tertio intelligit omnia alia possibilis & imaginabilia: in quarto vero de plenitudine memorie secunde producit verbum: in quinto vero ambo producant spiritum sanctum. **E**t ista sunt quinque instantia nature quorum tria ponuntur instantia originis primum in quo est pater secundum in quo est filius tertium in quo est spiritus sanctus. **E**t sic de alijs quibuscumque imaginantur vel dicunt quod in primo instanti est primum suppositum diuinum in secundo habet posse producere & in tertio producit in quarto est filius in quinto spiritus sanctus. **A**lii negantes huiusmodi instantia dicunt quod cum dicitur aliquid reliquum

esse prius natura. per hoc non denotatur quod aliquid prius sit in aliqua mensura in qua non est posterius: ut si. a. sit prius natura quam b. ex hoc non sequitur quod a. sit aliquando quando non sit. b. vel quod fuit aut erit. quando non fuit vel non erit. b. Ita quod non est dicendum quod prius natura sit in aliquo instanti nature in quo non est posterius natura. quia illud instans aut est substantia aut accidens non substantia. quia cum sit. sit prior natura suo accidente sequitur quod in aliqua substantia sit. sit prior suo accidente quod non est verum nec in sit. nec in aliqua parte sui. Si autem tale instans sit accidens cum sit. sit prior naturaliter cum suo accidente sequitur quod in aliquo accidente sit. esset omni suo accidente posterior naturaliter quod est impossibile. hoc potest sic deduci de prima substantia que est deus. Nam deus est prior instanti nature: cum quolibet instanti sit prior. igitur deus in instanti nature est prior instanti nature. Et sic sequitur quod deus est in aliquo instanti quando illud instans non est quod est inconueniens. Item prius natura et posterius natura sunt in eodem instanti temporis ut patet de subiecto et propria passione igitur si subiectum est prius natura in aliquo instanti nature in quo sua propria passio non est: sequitur quod in eodem instanti temporis in quo subiectum est sua propria passio non est: et sic contradictoria essent in eodem instanti temporis duo vera quod est impossibile. hec tamen argumenta non sunt insolubilia. Secundum igitur istam viam non debet magis poni instans nature quando aliquid est prius alio quam debeat poni instans honoris vel perfectionis quando aliquid est alio perfectius vel honorabilius. unde preter instans temporis vel eternitatis quod est essentia diuina non debet aliud instans poni. Cum ergo dicitur. a. est prius. b. queratur de qua prioritate naturali loquitur. si de prioritate a quo: sic intelligitur. b. est ab. a. et non econtra. si de prioritate ex quo intelligitur tunc quod b. est ex. a. et non econtra. si autem intelligitur de prioritate propter quod: tunc equipollet huic. b. est propter. a. et non econtra. si autem quarto et ultimo fiat mentio de prioritate in quo tunc debet intelligi quod b. est in. a. et non econtra. Et ita dicatur quod in diuinis non est prioritas originis que est prioritas a quo. quia filius procedit a patre et filio et non econtra. quare etc.

His premissis ponantur regule disputan

de quarum prima est ista. Ab inferiori ad superius ratione totius extremi et sine impedimento precedente est bonum argumentum tam formale quam de forma. Ita quod bene sequitur homo currit igitur animal currit. hoc animal est igitur hec est substantia. et sic de alijs vniuersaliter. Et notanter dico ratione totius extremi quia vbi arguatur ratione partis non valet argumentum: quia non sequitur iste est magister de oxima igitur iste est homo vel animal de oxima vel substantia etc. nec sequitur hoc est cogitans de roma igitur hoc est substantia vel aliquid de roma. nec sequitur solus est dominus platonis igitur est aliquid vel substantia platonis. Similiter non sequitur tu es videns versus roma igitur tu es animal versus roma: aliquid homo est apparatus asinus igitur aliquid homo est aliquid asinus. Item non sequitur tu es albus monachus igitur tu es albus homo: nec sequitur ille terminus chymera est igitur aliquid chymera est. tu es amato: tui igitur tu es substantia vel aliquid tui. Sed notandum quod hic summo terminum transcendentem superiorem ad decem predicamenta non quidem proprie sed in proprie et respectue secundum quod superius dicebam.

Item a parte subiecti non sequitur aliud quam plato et nihil aliud quam plato est solus. igitur aliquid et nihil aliud quam plato est solus. consequens est falsum: ut patet qualitercumque resoluitur et antecedens probatur. Nam hoc est solus. de mato solus. et hoc est aliud quam plato et nihil aliud quam plato. igitur etc. patet consequentia. quia sillogismus demonstratur: maior est manifesta sed minorem proba: exponitur nam hoc est et plato et nihil aliud quam plato est: et hoc non est plato et nihil

aliud quam plato. igitur etc. antecedens patet pro prima et tertia parte et secunda probat resolutorie hoc est demonstrando platonem et hoc est plato et nihil aliud quam plato igitur. Nec sequitur aliud a vero cuius contradictorium est falsum est falsum igitur aliquid cuius contradictorium est falsum est falsum: consequens est falsum: ut patet et antecedens est verum. quia hoc est falsum demonstrando illam homo est asinus et hoc est aliud a vero cuius contradictorium est falsum. igitur etc. patet consequentia a resolutoribus ad resolutum et minor probatur per exponentes. Nam hoc est verum cuius contradictorium est falsum: et hoc non est verum cuius contradictorium est falsum igitur. Si similiter non sequitur concludenti tibi et cuiuslibet concludenti tibi tu es idem probatur. et pono quod cuiuslibet concludenti tibi et econuerso tu concludas cuiuslibet ita quod tibi ipsi. similiter isto posito patet quod consequens est falsum qualitercumque resoluitur: et antecedens probatur. Nam huic tu es idem te de mato et hoc est concludenti tibi et cuiuslibet concludenti tibi per casum. igitur etc. consequentia patet a resolutoribus ad resolutum. Nec sequitur aliquo minori et quolibet maiori te tu es maior igitur aliquo et quolibet maiori te tu es maior: quoniam consequens est falsum qualitercumque resoluitur. et antecedens probatur. nam isto tu es maior demonstrando minorem te et iste est minor te et quolibet minori te. Nec sequitur aliquo maiori te et quolibet minori te tu es minor: ergo aliquo et quolibet minori te tu es minor: sed ut precedens probatur sumendo vnum maius te. Aliquando autem bene valet: sed hoc est gratia materie vbi maneat consimilis denominatio. sequitur enim asinus hominis currit igitur animal hominis currit. tu es homo albus igitur tu es animal album. similiter sequitur tu es homo sciens vbi rex sedet igitur tu es animal sciens vbi rex est sed non sequitur igitur tu es animal vbi rex est. quare etc.

Contra istam regulam multipliciter arguitur. Primo sic. illa consequentia non valet solus est homo ergo solus est corpus et hic arguitur per regulam. igitur etc. maior probatur. et pono quod deus separet omnem quantitatem a solus. sine corruptione solus. quo posito solus est homo: quia est animal rationale: et tamen non est corpus. quia nec longus nec latus nec profundus cum nullam quantitatem habeat dimensiuam et quod casus sit possibilis probatur quoruncumque duorum adinuicem distinctorum dens potest vnum corrumpere reliquo remanente. sed solus a qualibet sui quantitate distinguitur ut suppono gratia disputationis igitur potest deus omnem quantitatem solus. corrumpere solus. remanente. Secundo arguitur sic. Ista consequentia non valet. Iste est numerus binarius igitur est quantus vel quantitas. et hic arguitur per regulam igitur regula falsa. consequentia tenet cum minori et maiori probatur. et pono quod ille binarius sit numerus duarum intelligentiarum et patet quod ille numerus est numerus binarius: et tamen ille non est quantus: quia non est magnus. si enim ille numerus esset magnus vel respectu maioris vel respectu minoris: quia tunc idem est magnum et paruum respectu eiusdem quod est falsum. Tertio arguitur sic. ista consequentia non valet. Ille numerus est quantitas igitur ille numerus est ens et hic arguitur per regulam. igitur etc. consequentia patet cum minori et maiorem proba. Nam ille numerus duarum intelligentiarum non est aliquid sed plura ut patet. Ad hec respondetur ad primum negando casum et ad probationem potest concedi quod quoruncumque distinctorum deus potest vnum corrumpere sine reliquo. et tunc cum dicitur quod deus potest omnem quantitatem solus. corrumpere solus. remanente non valet argumentum: sed debet concedi igitur deus potest corrumpere omnem quantitatem solus. remanente vel potest solus. corrumpere illis quantitibus remanentibus et hoc conceditur quia corrupto solus. adhuc manent in materia eadem dimensiones. Si autem sumitur pro prima parte antecedentis ista propositio

quorūcūq; duorū distinctorū deus potest vnū corrūpe
re altero remanente. nego illā: nō faciendo sophisma quia
sōr. & anima sōr. adinūcēz distinguunt. & tamen deus nō
potest corrūpere vel annihilare animam sōr. sōr. eodēz
remanente: similiter omnis quantitas continua distinguit
a sua medietate. & tamen deus nō posset corrūpere me
diatez isto toto remanente: licet econtra bene sequitur.

C Pro quo notandum q̄ rerū quedam sic se habēt q̄
vna est altera prior & presupponitur & quedam sunt que
impertinenter se habent. Exemplum p̄mi sicut materia
vel forma respectu compositi. Exemplum secūdi vt sōr.
& plato: dico ergo q̄ quorūcūq; duorū distinctorū im
pertinentium vtrūq; deus potest corrūpere vel anni
chilare altero remanente: sed non quorūcūq; duorū per
tinentium vt dictūz est modo. quia sōr. presupponit quā
titatem suam priorē sōr. ideo deus non potest corrū
pere aut annihilare omnem quantitatez sōr. rema
nente. **C** Et si ex his concluditur q̄ accidens substantia ē
prior. concedo. tam de positate perfectionis q̄ nobilita
tis q̄ nāe. quia quilibet accidens saltem abstractum perfe
ctius est q̄ materia p̄ma sed nullum accidens p̄us est nā
materia p̄ma. quia ab omnibus presupponitur tanq̄ p̄in
cipium ex quo. **C** Item dico q̄ sōr. prior est sua quantita
te prioritate perfectionis & nobilitatis: sed quantitas sōr.
tis prior est prioritate nāe. quia p̄us est quantitas q̄ quā
tituz sicut omne constituens p̄us est suo constituto natura.
p̄us enim est albedo q̄ album & p̄us est quantitas q̄
materia quanta. sicut materia quacūq; quantitate sit p̄or
& hoc semper loquendo de prioritate nāe. **C** Alio modo
posset ad argumentū responderi admittēdo casum & cō
cedēdo istam consequentiā sōr. est homo igitur sōr. est cor
pus. & concedo q̄ tam antecedens q̄ consequens est ve
rum. & cum dicitur q̄ sōr. non est longus nec latus nec p̄
fundus igitur non est corpus. non valet argumentum. q̄
corpus duplex est vnum de predicamento sube & reli
quum de predicato quantitatis. p̄mum est substantia & re
liquum accidens: in tertia specie quantitatis non dicit nisi
solam dimensionem. **C** Similiter corpus p̄dicamēti sub
stantie potest dupliciter considerari vno modo vt dicit sub
stractionem dimensionis sine p̄cisione forme. & sic est sub
alternum p̄dicamēti substantie. Alio modo vt dicit sub
stractionē dimensionis & forme & sic est materia vel pars
compositi & est in predicamento substantie per reductionē
vt dictum est: & sic dico q̄ si iste terminus corporeum de
nominatur ab isto termino corpus predicamenti substantie
sic non est cōnotatiuus alicuius dimensionis. Si autem ab
isto termino corpus p̄dicamēti quantitatis sic est cōnota
tiuus cōnotans longitudinem & profunditatem. **C** Sed
hic est vnum dubium si sōr. esset sine quantitate an habe
ret partes. dico q̄ sic. quia haberet animam & materiam
p̄imam & sic haberet partem & partes & non solūz essen
tiales: immo & integrales: sed non quantitatiuas: quia vna
pars materie p̄me cum forma esset pars integralis & non
quantitatiua quia nullam quantitatez haberet. & sic oportet
in casu isto concedere q̄ sōr. haberet partes sed nō par
tem extra partem. quia hoc est de ratione quantitatis: nec
occuparet locum nec situm: nec aliqua etiam pars eius cū
hoc non posset esse sine quantitate. Itēz conceditur q̄ tūc
non esset magnus nec parvus quia non esset quantus.

C Item tunc concederetur q̄ aliquod esset totum quod
nulla sui parte esset maius dato q̄ ille terminus totuz nō
plus importaret q̄ ens habens partes. vbi autem signifi
cet assertiue ens habere partes quantitatiuas & partes ex
tra partem sicut capiunt philosophi & geometre dicētes
q̄ omne totū quilibet sui parte integrali est maius sic tūc
sōr. non esset aliquod totum. Ex his ergo patet q̄ ista cō
sequentiā non debet simpliciter concedi nec simpliciter ne
gari. hoc est corpus igitur hoc est quantuz. nec ista hoc est
corpus igitur hoc est substantia. quia bene dubiuz est an ar
guatur ab inferiori ad suū superius: sed petat respōsalis in

quo p̄dicamento fuerit iste terminus corpus & sim respō
siones opponētis & consequentiāz respondeat & nō aliter.
C Similiter si proponitur aliqua istarū duarū. omne
corpus est substantia. omne corpus est quantitas: petat qd
subicitur ante terminū p̄dicamēti quantitatis vel sube & sim
responsionem concedatur vel negetur consequenter vtra
q̄ illarū. **C** Si autem diceret opponens volo q̄ subiecta
tur li corpus in sua maxima cōmunitate: tunc dicatur q̄ li
corpus nec est in predicamento substantie nec quantitatis:
immo in nullo predicamento sed terminus analogus distri
butus pro quolibet corpore p̄dicamēti sube & p̄dicamen
ti quantitatis & sic quelibet istarū est falsa omne corpus ē
substantia. omne corpus est quantitas. quare &c. **C** Ad se
cundum argumentū dicit concedēdo istāz consequentiā:
iste est numerus binarius igitur iste est quantus vel quā
titas. si enim numerus non est res numerate dico q̄ iste
est quantitas & multitudo. Si autēz numerus est res nu
merate. dico q̄ ille numerus est quantus. **C** Et tunc ad ar
gumentum igitur ille numerus est magnus: nego conse
quentiam. quia arguitur a superiori ad suū inferius affir
matiue sine aliqua distributione: vnde quare omne magnū
est magnum respectu minoris & omne paruz est parū
respectu maioris igitur numerus binarius non est nume
rus magnus. quia nō habet numerum inferiorēz aut mi
nozem se: sed bene est paruus respectu maioris puta ter
narij vel quaternarij. **C** Pro quo est notandū q̄ aliquid
est magnum & non paruum & aliquid est paruum & non
magnum: aliquid autēz est simul magnum & paruz. Ce
lum enīz est magnum & non paruz. quando nihil est ma
ius eo: numerus binarius est paruus & non magnus: ter
narius autem est magnus & paruus. magnus respectu bi
narij & paruus respectu quaternarij: similiter medietas
alicuius continui est parua respectu totius & magna respe
ctu sue medietatis. & sic patet q̄ nihil est minus mundo li
cet aliquo mundus sit maior. similr nihil est minus sapiēs
q̄ deus: licet aliquo ente deus sit magis sapiēs. **C** Ex
quo patet q̄ ista consequentiā non valet. a. est maius. b.
igitur. b. est minus. a. nec econtra. **C** Contra istam respon
sionēz arguitur sic. mundus est maior sua medietate in p̄
positione dupla igitur in proportionē maioris inequalitatis
sed proportio maioris inequalitatis est habitudo maioris
ad minus igitur medietas mundi est minor mundo. Si
militer duorūz. ad tria est proportio minoris inequalitatis
sed proportio minoris inequalitatis est habitudo minoris
ad maius igitur numerus ternarius est maior binario &
per consequēs nūerus binarius est magnus. **C** Ad istud
argumentum respondetur q̄ cōparatio p̄dicamēti quā
titatis potest dupliciter exponi p̄prie & cōmuniter vel nō
ita p̄prie: p̄prie nāq; per positū cōparatiuū. in p̄prie
vero per generalissimūz. Exemplum p̄mi vt. a. est maius
b. a. est magnum & b. est magnum & nullum. b. est ita
magnum sicut. a. Exemplum secūdi. a. est quantuz & b.
est quantuz & nullum. b. est ita magnuz sicut. a. p̄mo mo
do continue locutus sum in isto libro sicut ad logicuz per
tinet loqui. sed secundo modo loquantur cōmuniter dis
putantes in altiori materia in qua non expedit tam sophi
stice canillare. Et isto modo cōceditur q̄ ternarius est ma
ior binario: & medietas mundi minor mundo. ex quibus
non sequitur q̄ binarius sit magnus aut q̄ mundus sit pa
ruus: sed solūz sequitur q̄ quilibet illorūz est aliquantus:
quare &c. **C** Ad tertiuū dico q̄ sumendo numeruz pro re
bus numeratis non valet illa consequentiā. a. est nūerus
igitur. a. est aliquid capiēdo p̄prie & stricte li aliquid: nec
arguitur per regulam. quia li aliquid non est superius ad
omne predicamentuz nec de quolibet vniuersaliter verifi
cabile. nec ex hoc sequit quin sit transcendens: q̄ de quo
non est verificabile aliquid transcendens: ab eo depen
dens & derivatum est verificabile: igitur non sequitur. a.
est numerus vel oratio igitur. a. est aliquid: bene tamen se
quitur q̄. a. est aliquis. **C** Pro quo est notandum q̄

terminorum transcendentium quidam sunt per se transcen-
dentes ut ens aliquid unum. quidam vero per accidens
sunt transcendentis: ut illorum alij casus in significato sin-
gulari et plurali. Ex quo sequitur quod de illo termino
deus non est verificabilis terminus transcendentis. patet
quia hec est falsa deus est entis: et tamen si entis est trans-
cendens h3 de per accidens. Ex predictis potest inferri
quod quodlibet predicamentum h3 multa genera generalissima qu3
tam in recto quam in obliquo tam in numero singulari quam in
numero plurali: si verum est quod generalissimum in recto et sin-
gularis numeri est de per se generalissimum: alia autem solum de
per accidens ratione illius. quare etc.

Amplius ad principale arguitur sic. Ista consequen-
tia non valet. hoc est infinitum igitur
hoc est quantum et hic arguitur per regulam igitur regula fal-
sa. consequentia tenet cum minori et maiore: probat. et po-
no quod deus producat. a. corpus infinitum. tunc patet quod ante-
cedens illius consequentie est verum sed probat quod conse-
quens sit falsum. quia si. a. est quantum igitur respectu ma-
ioris minoris vel equalis. non respectu maioris. quod nullus
infinitus est altero maius nec respectu minoris. quod nihil est
a. infinito minus: cum. a. non sit parvum: nec respectu equa-
lis: quia tunc si ab uno auferatur unum pedale et a reliquo
semipedale unum infinitum altero esset maius quod est fal-
sum et probat consequentia. quod si ab equalibus in equalia de-
mas cetera remanet in equalia. Secundo arguitur sic. ista
consequentia non valet. hoc est figura igitur hoc est qualitas: et
hic arguitur per regulam igitur regula falsa. consequentia pa-
tet cum minori. quod figura est in quarta specie qualitatis. et ma-
ior arguitur. ponatur enim quod figura sit res figurata quod verum
est. quia figura est que terminus vel terminus clauditur ut dis-
finis primo geometrie: tunc est antecedens illius consequen-
tie verum. hec est figura demonstrato homine et consequens
est falsum. quia hec est substantia igitur non est qualitas. nec
potest dici quod ex isto antecedente potest concludi quod hoc est
quale: quod ponatur quod per se hoc demonstrat una albedo et
patet quod antecedens est verum et consequens falsum. quia
nulla albedo est quale sed qualitas: nec potest dici quod debet
concludi illud consequens igitur hoc est quale vel qualitas.
quod illud disunctum non est generalissimum alicuius predica-
menti sicut nec si homo vel non homo. Tertio arguitur
ista consequentia non valet. hoc est forma igitur hoc est qua-
litas: et hic arguitur per regulam igitur regula falsa. primo mi-
nor: quod si forma ponitur in quarta specie qualitatis et proba-
tur maior. quod demonstrata forma substantiali est antecedens
verum et consequens falsum. quare etc. Ad hec respon-
detur ad primum concedo illam consequentiam. hoc est infi-
nitum igitur hoc est quantum igitur respectu maioris minoris
vel equalis dato pro nunc quod equalitas non reperitur nisi
inter extrema distincta. unde dato per imaginationem quod
non esset aliquis numerus preter numerum binarium patet
quod iste esset quantum et non respectu maioris minoris vel equa-
lis. Si autem argueretur sic. hoc continuum est quantum igitur
respectu maioris minoris vel equalis. concedo. quod hoc
est quantum respectu minoris non quidem minoris eo sed
altero minoris: vel posset dici sicut plus quod continuum infini-
tum est quantum et magnum respectu minoris eo. Ex quo
non sequitur quod illud infinitum sit parvum sicut plus diceba-
tur. Verumtamen non est inconueniens quod unum infinitum
esset maius reliquo sicut posito quod. a. linea infinita in sursum
incipientem a puncto medio mundi et. b. linea infinita in sur-
sum incipientem a puncto aliquo spere ignis et patet quod. a.
est maius. b. non quidem simpliciter sed secundum quid puta secundum
partes terminatas. quare etc. Ad secundum argumentum
admisso gratia disputationis quod figura non distinguitur a re
figurata. dico quod iste terminus figura dupliciter sumitur. uno
modo prout convertitur cum hoc complexo ens quod ter-
mino vel terminus clauditur. et sic dico. quod non est in aliquo
predicamento sed est terminus analogus significans sub-
stantiam terminus vel terminus clausam. et etiam accidens

terminus vel terminus clausum: non eque primo sed primo
unum quod reliquum. quod plus natura est substantia terminus vel
terminus clausa quam aliquod accidens. et tunc patet quod ista con-
sequentia non est bona. hoc est figura igitur hoc est qualitas
vel quale. quia dato quod materia prima esset sine aliquo acci-
dente ipsa esse figura et figurata et tamen non esset qualitas
nec quale. Si autem sumitur hic figura uniuoce prout
convertitur cum illo complexo qualitas constitutiva figu-
rabilis vel figurati sic dico quod ille terminus figura est in predi-
camento qualitatis et in quarta specie inferior: ad istum ter-
minum qualitas de per se: et sic concedo istam consequen-
tiam hoc est figura igitur hoc est qualitas: et tunc nego quod
homo sit figura. quod nullus homo est qualitas terminus vel
terminus clausa. quare etc. Verumtamen est advertendum
quod figura principaliter sumpta tripliciter sumitur. Uno
modo pro imagine vel figura que fit ad aliquam rem repre-
sentandam et sic pertinet ad genus relationis. Secundo
modo pro eo quod est secundum quantitatem terminatam et sic per-
tinet ad genus quantitatis continue. Tertio modo prout
dicitur qualitates resultatem ex terminatione quantitatis con-
tinue et sic est in quarta specie qualitatis. Ad tertium ar-
gumentum dico similiter: quod iste terminus forma potest
dupliciter sumi uno modo prout convertitur cum illo com-
plexo ens dans esse subale vel accidentale. et sic dico quod iste
terminus forma non est in aliquo predicamento sed est ter-
minus analogus vel equiuocus significans formas substan-
tiales et accidentales plus unam quam reliquas vel non unam
ratione. Et sic patet quod ista consequentia non valet hoc est
forma igitur hoc est qualitas. nec arguitur per regulam.
Alio modo sumitur si forma prout convertitur cum illo
terminus pulchritudo. dicimus enim alique esse formosus
quando pulcher est: et isto modo si forma est in quarta spe-
cie qualitatis: et sic conceditur ista consequentia hoc est forma
igitur hoc est qualitas. et tunc negatur quod forma substan-
tialis sit forma: cum nulla talis pulchritudo sit aliqua turpitu-
do. quare etc. Vel dicatur quod forma multipliciter sumi-
tur. primo modo per actu substantiali materiae comunicabili qui-
datine dante esse composito simpliciter et sic vocatur for-
ma partis: ut anima. Secundo modo pro actu non comu-
nicabili materiae et habente esse subale sicut deus et intelligente.
Tertio modo pro ipsa natura que seruatur absque condi-
tionibus materialibus et generaliter respectu cuiuslibet rei na-
tura importata per definitionem et hec vocatur forma totius
ut humanitas. Quarto modo per causa exemplaria
et isto modo deus est forma creature et ars in mente arti-
ficis est forma artificiali. Quinto modo per actu qui dat
esse secundum quid et non simpliciter: sicut quodcumque accidens si-
ne sit intelligibile sine reale et isto modo forma est in quar-
ta specie qualitatis.

Amplius ad principale arguitur sic. ista conse-
quentia non valet. hoc est raritas igitur
hoc est qualitas. et hic arguitur per regulam. igitur etc.
consequentia tenet cum minori. quod raritas et densitas sunt
in secunda specie qualitatis: et probat antecedens: ponen-
do sicut communiter tenetur quod raritas non distinguitur a re-
rara. Isto posito patet quod antecedens est verum et conse-
quens falsum demonstrata una substantia rara. Secundo
sic non sequitur hoc est scientia igitur hoc est qualitas:
et hic arguitur per regulam cum si scientia sit in prima specie
qualitatis. igitur etc. patet maior ex hoc quod deus est scientia
et non est qualitas imo in eo nulla est qualitas cum sit sub-
stantia simpliciter. Tertio arguitur sic. non sequitur hoc est
quale igitur hoc est accidens: et tamen arguitur per regulam
igitur etc. consequentia patet cum maiori demonstrato uno
homine albo et minore probat. quia iste terminus accidens
est superior ad omnia predicamenta accidentium sicut si ens ad
omnia predicamenta simpliciter. Ad hec respondet ad primum
dicendo quod tenentes raritatem et densitatem distin-
gul a re densa vel rara non habent difficultatem respon-
dendi. quia tunc concedunt quod omnis raritas et densitas

est qualitas. Alij autem tenentes positionem factam in argumento hnt aliter respondere dicendo. qd tuc illi termini raritas & densitas non sunt de per se in pdicamento qualitas nec qditatue. sed de per accidens vel per reductionem: ratione distincti generalissimi ex concreto & abstracto qd de eis est verificabile. v3. iste terminus quale vel qualitas: licet igitur non sequitur hoc est raritas igitur hoc est quale. nec sequitur igitur est qualitas tam bene sequit igitur est quale vel qualitas. Aliiter posset responderi vt prius qd iste terminus raritas dupliciter sumitur vno modo p ut conuertitur cum illo termino ens habens magnam extensionem sub modica materia. & sic non est in aliquo pdicamento sed terminus analogus. Alio modo prout conuertitur cum illo termino qualitas habens multuz de extensione in modica materia & sic est in pdicamento qualitatit: & tunc consequentia pposita est bona. sed negatur qd aliqua substantia sit raritas eodem modo dicat de idēpitate. Ad secundum dicitur qd si scia in sua maxima cōitate non est in aliquo pdicamento: sed terminus analogus significans sciam que est substantia & sciam que est accidens & non eque pmo. Ideo non mirum si ista consequentia non valet. cum aut vniocaf & reponitur in pdicamento qualitatit tunc significat solum sciam que est accidens quo ad aliquid dicit sciens & sic sumendo consequentia pposita ē bona sed nego qd dens sit scia isto modo. Ad tertiu dicitur negando illam consequentiam nec arguit per regulam. q: abstractum non est superius ad concretuz nec eō uerso: sed abstractum est superius ad abstractum & cōcretum ad concretuz: ppter ea sicut sequitur hoc est qualitas ergo hoc est accidens. ita sequitur hoc est quale ergo hoc est accidentale. quare &c.

Amplius ad pncipale arguitur sic. nō sequitur a. est paternitas igit. a. est relatio & b arguitur per regulam igit regula non est vera. consequentia p3 cuz minor: q: relatio est generalissimū pdicamenti relationis & in ista arguitur & sit. a. vna paternitas & ponat qd nullus referat illam paternitatem ad aliquā filiationem non considerādo. tunc antecedens est veruz & consequens falsum. q: sequitur. a. est relatio igitur aliquis refert mediā te. a. relatione. cōsequentia p3. quia relatio est actus referentis fm qd referens est. Et ex alio quia bene sequit a filii a. est actio igitur aliquid agit. a. actione. Secundo argit sic. ista consequentia nō valet. Iste est pater igit iste est relatus & hic arguitur per regulam igit regula falsa. maior probatur & pono qd soz. statim post administrationem seminis corrupat ante inceptiōem sui filij. & p3 qd est pater & non est relatus: q: nondum habet filium. Similiter ponatur qd plato suus filius non sit pmo cum ipso soz. & patet qd soz. est pater & tamen non est relatus cuz sua relatio ad filiu nūqz ante hoc fuerit. Tertio arguit sic. ista consequentia nō valet. pater est pater igit pater est ad aliquid. & tamen hic arguitur per regulam igit regula falsa. consequentia patet cum minor: & maior:em. pbo. & pono cū subtilibus doctoribus qd relatio distinguatur a re relata sicut paternitas a patre. isto posito patet qd antecedens est verum & consequens falsum. q: si pater est ad aliquid igitur pater est relatio. qd est contra suppositum & p3 consequentia q: relatio & ad aliquid conuertuntur. quare &c. Ad hec respondetur ad pmo qd iste terminus relatio potest dupliciter sumi. vno modo verbaliter prout derivatur ab isto verbo refero. & sic dicit actualem relationem & non est gen^o generalissimū in pdicamento relationis. Alio modo relatio idem est qd respectus non cōnotando aliquā actionem sed puram habitudinem respectiūz alienius ad aliquid & isto modo ponitur pcedere & est simile sicut de istis terminis propositio cōstructio & oratio: vnde sicut propositio est: licet nullus proponat: & constructio licet nullus cōstruat & oratio licet nullus oret. sic est relatio licet nullus referat. Et secundū hunc modum conceditur qd ista cōsequentia. a. est paternitas igit. a. est relatio & negatur ista. a. est relatio igitur aliquid refert vel refer-

tur. Ad secundā formam concedendo illam & admissio pmo casu dico. qd soz. nō est pater & sic non habet relationem ad filium. Ad secundum casum dicitur qd soz. habet relationem ad filium & est relatus ad filium. ad istum intellectum habet respectum ad filiu. & sic non sequitur. soz. non habuit relationem ad filium igitur non est relatus ad filium. quia pro eodem instanti idē respectus sit & habet factuz esse. quare &c. Ad tertiu argumentum respondetur dubitando an consequentia illa sit bona. q: iste terminus ad aliquid potest denotare habitudinem termini ad terminū. & potest denotare habitudinem vie ad terminum. sicut enim est terminus ad terminuz ita est via ad terminum. vnde pater est ad filiu tanqz terminus ad terminum & e contra: & paternitas est via vel habitudo ad filium tanqz ad terminum. Dico ergo qd si li ad aliquid dicit habitudinem vie ad terminū sic est gnāissimū pdicamenti relationis. & pdicatur de per se generibus & speciebus. v3. paternitate & filiatione: & sic conuertitur cum illo termino relatio. Si autem dicit habitudinem termini ad terminuz. sic non est de p se generā pdicamenti relationis sed conuertitur cum illo termino relatiūz. verificabile de concretis eiusdem pdicamenti. Per hoc ergo p3 responsio ad argumentum cum dicitur. pater est pater igitur pater est ad aliquid. si li ad aliquid denotat habitudinem termini ad terminuz cōceditur consequens & cōsequentia. & cōcluditur igitur pater est relatio negatur consequentia. nec tunc li ad aliquid conuertitur cum li relatio. Si aut sumat li aliquid prout denotat habitudinem vie ad terminuz sic negatur consequentia pposita. nec arguitur ab inferiori ad suum superius plusqz si argueret pater est pater igit pater est relatio. quare &c.

Amplius ad pncipale arguitur sic. Ista consequentia non valet. b. est corruptio igitur. b. est actio & hic arguitur per regulam. igit &c. consequentia p3 & antecedens pbatur pro maior. quia dato. b. lumine qd corrupatur per absentiaz conseruantis p3 qd b. est corruptio & tamen nō est actio. quia illud lumen corrupitur & nihil agit ad corruptionem illius. Secundo arguitur sic. nō sequit. a. intelligit igitur. a. agit. & tamen hic arguitur per regulam. igit &c. consequentia patet cuz maior tam de deo qz de creaturis. nam anteqz mundus fieret essentia diuina intelligebat & non agebat. sicut in creaturis intelligere est recipere. & per consequens pati & non agere. minor: similiter p3 quia illud verbū intelligo est verbum actinum. Tertio arguit sic. non sequitur hoc si frigeat igitur hoc alterabitur. & tamen arguit per regulam. igitur &c. consequentia tenet cuz minor: & maior: probat: quia in casu est antecedens verum & consequens falsum. posito qd. a. sit tres partes calide per totuz vt duo & quarta pars sit frigida similiter vt duo: & cōdensentur iste tres partes calide ad quantitatem quarte & rarefiat illa quarta frigida ad quantitatem illam trium quartarum calidarum sine acquisitione caliditatis & frigiditatis. tunc patz qd antecedens est verum. quia hoc iam non est frigidum & aliquando fiet frigidum igitur hoc frigeat. & consequens est falsum qd alterabitur. quia si hoc alterabitur igitur aliqua velocitate alterationis alterabitur consequens falsuz. quia velocitas alterationis attenditur penes latitudinem qualitatis vel ipsam qualitatem acquisitam vel deperditam in tanto vel in tanto tempore. sed hoc non acquirit aliquam qualitatem nec aliquam latitudinem qualitatis igitur hoc non alterabitur. Ad hec respondetur ad primuz dicitur qd corruptio tripliciter sumitur actiue pro re corrupte: passiue pro re que corrupitur: aut pro motu distincto ab vtroqz. si corruptio capitur actiue pro re corrupte conceditur illa consequentia. b. est corruptio igitur. b. est actio & nego. antecedens. q. b. lumen sit corruptio cum non sit corruptio. Si autem sumitur corruptio secundū modo passiue nego consequentia: nec arguit per regulam: sed ex isto antecedente d3 concludi igit. b. est passio. Si vero tertio modo sumat corruptio sic itez concedit

consequentia et negatur antecedens. quod illud lumen non est motus distinctus ab ipso lumine et ab ipso corruptente. Sed hic forte dubitatur sumendo corruptionem secundo modo utrum. b. corruptatur. quod non videtur. a quo corruptatur. Cuius potest dici primo quod. b. corruptitur et a nullo corruptitur. nec hoc est inconueniens. Secundo modo potest dici quod corruptitur. a sole deiciente conseruare. non quidem de per se sed de per accidens et per modum sequele. Et ubi corpus luminosum desineret esse tunc lumen corrupteretur per modum sequele a corruptente corpus luminosum. Tertio modo potest dici quod. b. non corruptitur sed definit esse. Ad secundum argumentum respondet quod istud verbum intelligere sicut verba pretendunt solum potest denominare. et sic non est in aliquo predicamento sed terminus analogus. non obstante quod sit verbum actuum secundum grammatice. certum est. n. quod non sequitur deus intelligit igitur agit vel patitur. Secundo modo sumitur illud verbum intelligere prout connotat precise actum distinctum cum motu vel mutatione et isto modo ponit in predicamento qualitatis. et tunc non sequitur in creaturis. hoc intelligit igitur hoc agit vel patitur. quod postquam intellectio diu causata est antecedens est verum et consequens falsum. Tertio modo sumitur idem verbum primo ut connotat actum distinctum cum motu vel mutatione et isto modo ponitur in predicamento passionis: et sic non sequitur hoc intelligit igitur hoc agit: tamen bene sequitur igitur hoc patitur. Eadem distinctio fiat de illo verbo videtur. Ad tertium argumentum concedit illa consequentia hoc frigitur ergo hoc alterabitur: et conceditur quod illud magna velocitate alterabitur. et ultra dicitur quod motus alterationis non est per se alteratio. sed de per se accidens non attenditur penes latitudinem forme acquisitam vel deperditam: sed penes denominationem in isto casu attendenda est velocitas: quod autem ibi sit de per accidens alteratio pro ratione refractionis et condempionis.

Amplius ad principale arguitur sic. ista consequentia non valet. a. est intensio vel remissio igitur. a. est actio vel passio et tamen arguitur per regulam. igitur et. consequentia tamen cum minori et maiore probo. et pono quod. a. sit vna caliditas diu causata in sole. quo posito pro quod. a. est intensio vel remissio quia certe intensio vel remissionis: et tamen. a. non est actio nec passio. quia non agit nec patitur. Secundo arguitur sic. non sequitur hoc producit igitur hoc patitur. et tamen hic arguitur per regulam. igitur et. pro consequentia cum minori et maiore arguitur. quia demonstrata anima que creatur (gratia argumentum) h anima producit. et tamen ipsa non patitur quod nulla passione patitur. Tertio arguitur sic. sicut non sequitur. a. conseruat igitur. a. agit: sic non sequitur. b. non conseruatur igitur. b. agit. et tamen arguitur per regulam. igitur et. pro consequentia cum minori et maiore similiter. quia dato vno conseruante et vno conseruato ab eo. Ad hec respondetur ad primum quod si intensio et remissio sumitur pro re distinctas re intensa vel remissa sic negatur antecedens tanquam impossibile. si autem non fiat huiusmodi differentia dico quod isti termini intensio vel remissio aliquando sunt nomina verbalia actuales actiones denominatiua et isto modo sunt in predicamento actionis. et sic conceditur consequentia proposita et negatur antecedens in casu illo. Alio modo isti termini intensio et remissio sunt termini nominales non denominantes tales actiones actuales et sic sunt in predicamento relationis vel qualitatis et isto modo consequentia proposita non valet nec arguitur per regulam. Est tamen notandum quod qualitates elementares possunt multipliciter considerari primo modo secundum ordinem ad agendum vel paciendum bene vel male. et sic sunt in prima specie qualitatis. Secundo modo prout sunt faciliter vel difficulter actiua. et sic sunt in secunda specie. Tertio prout ordinantur ad potentias imutandas et hoc absolute. et sic sunt in tertia specie. Quarto modo prout eueniunt ab agente. et sic sunt in predicamento actionis. Quinto modo prout re-

cipiuntur in passio. et sic sunt in predicamento passionis: vel potest dici pro istis duobus vltimis modis quod quando agens agit in passum causant duo respectus. vnum in agente et alium in passio preter motum medium. quod respectus faciunt predicamenta distincta actionis et passionis et non motum medium quod litercunq; consideretur. sed est in aliquo illorum de per accidens solum: inquam vero anectis respectui agentis sic est in predicamento actionis. inquam vero coniungit respectui qui est in passio sic est in predicamento passionis. quare et. Ad secundum dicitur quod illud verbum producit potest conuertere cum isto complexo: est ab aliquo: vel de aliquo. et sic si producit non est in aliquo predicamento. Ideo non sequitur hoc producit igitur hoc agit nec arguitur per regulam. Nam filius in diuinis vel spiritus sanctus producit. et tamen non agit nec patitur. Alio modo potest si producit conuertere cum hoc complexo sit de non esse ad esse: et sic concedo illam consequentiam h anima producit igitur patitur. quod pati tripliciter sumitur complexiue subiectiue et terminatiue. Complexiue patitur compositiue subiectiue patitur materia: et terminatiue patitur forma. et cum dicitur quod nulla passio patitur: negatur quia patitur se ipsa passione vel mutatione distincta a se et. Ad tertium dicitur primo quod illa verba conseruare vel conseruari non sunt in aliquo predicamento. et sic non arguitur per regulam. Secundo modo potest responderi quod non sequitur de prout hoc conseruatur igitur hoc agit: tamen bene sequitur igitur hoc agit vel agebat. Tertio modo respondent theologi quod si hoc conseruat hoc agit. et sic deus semper agit creaturam non quidem actione stricte sumpta pro continua productione de non esse ad esse sed pro actione large dicta que est dependentia effectus a causa. quare et.

Amplius ad principale arguitur sic. ista consequentia non valet. celum est in hoc ubi igitur celum est alicubi. et tamen arguitur per regulam. igitur et. consequentia tenet cum minori et maiore arguitur. quod antecedens est verum et consequens falsum. Nam demonstrato ubi pro presenti instanti h vltima spera: est antecedens verum: et quod consequens sit falsum probatur. quia si vltima spera est alicubi igitur est in aliquo loco quod falsum est cum nihil circundet ipsam. Secundo arguitur sic. non sequitur. a. est in hoc ubi igitur. a. est in aliquo situ et tamen arguitur per regulam. igitur et. consequentia pro cum minori et maiore: enim probo. quod anima tua est in ubi in quo tu es non tamen est in situ in quo tu es: quod situs est adiacentia partium sed anima tua non habet partem nec partes ideo ipsa non potest habere situm. Tertio arguitur sic. non sequitur b. est vestis igitur. b. est habitus. et tamen arguitur per regulam. igitur et. consequentia tenet cum minori et maiore similiter posito quod. b. vestis non sit habitus alicuius. quare et. Ad hec respondetur ad primum non est inconueniens vltima speram esse in loco. quod aliquid esse in loco contingit dupliciter vel in loco qui vel in loco quo. illud est in loco qui quod est in superficie continente spiritum sicut aer in cocao ignis et ignis in cocao orbis lune: istud autem est in loco quo quod est situatus per respectum ad aliquid quiescens et isto modo centrum mundi est locus quo omnium elementorum et omnium sperarum celestium. et sic conceditur quod vltima spera est in centro mundi tanquam in loco quo. et sic diuisibile est in indiuisibile sine impossibilitate aliqua et isto modo saluat quod vltima spera mouet localiter et eius motus est motus localis et non motus ubi sicut dicunt quidam quod ubi non est motus sed est respectus fundatus in motu vel locato et causatus a loco in quo mobile mouetur. unde ubi secundum auctores sex principiorum est circumscripctio corporis a loci circumscripctio prececess. Pro quo notandum quod triplex circumscripctio reperitur vna hanc locum circumscribit localiter et ista est actiua. alia est corporis prececessi. circumscribit a loco et ista est passiva. et tertia quod resultat ex vtraque et hec est ubi secundum quod est predicamentum: quod ubi fundatur subiectiue in corpore circumscripctio sicut in subiecto. Est tamen hic auertendum quod sicut aliquid dicitur esse in loco dupliciter. videlicet materialiter vel formaliter.

Ita ubi potest dupliciter causari vel a loco formali vel a loco materiali si a loco materiali ubi sperere ignis causatur a centro mundi qui est locus eius quo et formali. **A**uctor ergo sex principiorum describit ubi materialiter tantum et non formaliter ex mobili aliter se habere per motum circa locum quo formaliter sumptum. **E**x quibus sequitur quod in sphaera saturni est duplex ubi et in ultima sphaera solus est unum ubi. **P**rimus pro eo quod est in loco materiali et loco formali. **S**ecundus similiter quod ultima sphaera est solum modo in loco formali. **A**d secundum potest dupliciter responderi. **P**rimo quod consequentia non valet nec arguitur per regulam. quod ubi et situs faciunt predicamenta distincta. **U**el dicatur quod sicut anima est in loco divisibili de per accidens ita est in situ de per accidens ratione corporis. et non sequitur situs est adiacentia partium: sed anima non habet partes igitur non est in situ sicut non sequitur locus est superficies tangens locatum sed nulla superficies tangit animam tuam igitur anima tua non est in loco: sed bene sequitur quod anima tua non est in loco per se et ita ex primo sequitur quod non est in situ per se. **A**d tertium argumentum respondetur quod habere contingit quatuor modis. **P**rimo modo aliquid habet aliud quod habet aliquam qualitatem sive fuerit divisibilis ut albedo et nigredo sive indivisibilis ut virtus et scientia. **S**ecundo modo aliquid habet aliud quod habet aliquam quantitatem ut pedalem vel bipedalem. **T**ertio modo aliquid habet aliud quod habet illud circa se sicut vestitum tunica vel arma. **Q**uarto modo aliquid habet aliud quod habet illud in membro sicut anulum indigito. **Q**uinto modo aliquid habet aliud tanquam partem vel membrum ut manum vel pedem. **S**exto modo aliquid habet aliud sicut continens contentum. et sic locus habet locatum. **S**eptimo modo modo aliquid habet aliud ut possessionem. ut boues vel agrum. **O**ctavo modo aliquid dicitur aliud habere sicut vir uxorem et contra. dico ergo quod si vestis et tunica non se habet aliquo istorum modorum. negatur ista consequentia. a. est vestis igitur. a. est habitus. nec arguitur per regulam. quod tunc vestis non est in predicamento habitus. Si autem se habeat aliquo istorum modorum puta tertio vel quarto vel septimo modo: argumentum est bonum et non sequitur per. a. nihil vestitur igitur. a. non est habitus. quod et si non sit habitus talis modo tamen est habitus alio modo. **A**lter potest responderi et claritas quod ille terminus dupliciter potest sumi adiective et substantively. Si adiective non facit predicamentum et sic non arguitur ab inferiori ad suum superius. **S**i substantively sic tripliciter sumitur primo prout convertitur cum isto termino vestimentum: et tunc sequitur. b. est vestimentum igitur. b. est habitus ab uno convertibili ad reliquum. **S**ecundo modo pro qualitate de difficili mobili et sic est in prima specie qualitatis et iterum pro eo quod non arguitur ab inferiori ad suum superius. **T**ertio modo pro adiacentia corporum et sic facit predicamentum distinctum ab alijs et sumitur abstractione. ex quo pro eo quod non sequitur. b. est vestis igitur. b. est habitus. sicut non sequitur. b. est album igitur. b. est qualitas: sed bene sequitur. b. est vestitio igitur. b. est habitus. similiter bene sequitur. b. est vestis igitur. b. est habitus sumendo vestem pro eo quod actu vestit: etiam sequitur. a. est vestimentum igitur. a. est habitus. **J**uxta predicta est notandum quod habitus secundum auctorem sex principiorum est adiacentia corporum et eorum que circa corpus sunt: ubi est distinguendum de triplici adiacentia. prima est figurantis et terminantis et hec est activa. secunda est figurati et terminati et hec est passiva. ex quibus resultat tertia que est habitus predicamentum ab alijs distinctum. **I**tem notanter dicitur adiacentia. quod aliud est inherens aliud adiacentia: inherens. n. dicitur pro primo modum accidentis quantum ad suum in esse. quod accidentis esse est in esse. et ideo nullo modo potest convenire substantie complete quod quod vere est nulli accidit primo physicorum. **S**ed adiacentia dicitur quodam applicatione rei per se existentis ad aliam rem et hoc convenit sibi sicut vestimentum ad faciem corporis quorum quolibet est sibi: accidens igitur inheret et non adiacet: vestimentum vero adiacet et non inheret.

Etiam cometator quanto metaphysice dicit quod predicamentum habitus accipit ex adiacentia continentis ad contentum. non prout continens habet contentum sed pro ut contentum habet continentem: ut arbor corticem. homo vestes. **S**ed hic est advertendum quod habitus non est in toto corpore et in qualibet parte corporis sed solum in illis que habent denominare suum totum. sicut galeatus esse appropriat sibi caput. et calciatus pedes. **E**x quo sequitur quod habitus non debet alicui corpori nisi organzato vel habenti diversitatem partium. et hinc est quod inanimata sicut lapides non dicuntur proprie habere habitum. **I**tem sequitur quod habitus prout est predicamentum non est accidentium sed substantium. nec substantium omnium sed solum corporalium: nec corporatum omnium sed habentium diversitatem partium: sicut sunt vivencia nec secundum omnes partes sed secundum exteriores. quoniam in omnibus viventibus inveniatur ut arbor habet corticem equus stellam. homo vestem: tamen magis est in usu respectu hominum et eorum que sunt circa hominem quam aliorum ab homine. quare et.

Amplius et ultimo ad principale arguitur sic. ista consequentia non valet. deus generat deum igitur suba generat deum: et tamen hic arguitur per regulam: igitur et. consequentia tenet cum minori et maiori similiter. pro quia antecedens est verum et consequens est erroneum. quod nec substantia que est creatura generat deum. nec substantia que est essentia divina generat deum. **S**ecundo arguitur sic. hec consequentia non valet. hec essentia indivisibilis est numerus ternarius ergo hec essentia indivisibilis est quantitas. et tamen hic arguitur per regulam. igitur et. consequentia tenet cum minori et maiore probo. quod antecedens est verum et consequens falsum igitur consequentia non valet. quod antecedens sit verum probo. quod essentia divina omni quaque simpliciter simplex est tres persone igitur est numerus ternarius. et quod consequens sit falsum probatur. quod si hec essentia divina est quantitas vel igitur quantitas continua vel quantitas discreta. sed nec sic nec sic cum essentia divina non habet partem nec partes. **T**ertio arguitur sic. ista consequentia non valet. a. b. c. sunt in divinis quorum nullum est pater nec filius nec spiritus sanctus igitur aliqua sunt in divinis quorum nullum est pater nec filius nec spiritus sanctus et hic arguitur per regulam. igitur et. consequentia patet cum minori et maiorem probo. et pono quod a. sit pater et filius et b. filius et spiritus sanctus. c. vero pater et spiritus sanctus. quo posito patet quod antecedens est verum. quia a. est in divinis: quod non est pater nec filius nec spiritus sanctus: et b. similiter est in divinis quod non est pater nec filius nec spiritus sanctus et ita de c. igitur et. quod antez consequens sit falsum probo. quia nulla sunt in divinis quin illa sunt pater vel filius vel spiritus sanctus. **A**d hec respondetur ad primum concedo quod illa consequentia non valet. nec arguitur per regulam quod mutatur suppositio secundum theologos. quod si deus in antecedente supponitur pro suba et in consequente pro essentia modo regula presupponit quod non varietur suppositio generalis propterea non sequitur homo est species specialissima igitur animal est species specialissima quod in antecedente supponitur si homo materialiter vel simpliciter et in consequente supponitur personaliter. **V**erum tamen melius diceretur quod si homo materialiter sumptum vel personaliter. quia superius debet verificari de suo inferiori: modo certum est quod quilibet istorum est impossibile si homo est animal si homo est si animal. quare et. **A**d secundum potest dupliciter responderi primo negando hanc consequentiam. hec essentia est numerus igitur hec essentia est quantitas. quod numerus equivoce dicitur de deo et creaturis sicut scientia equivoce vel analogice dicitur de deo et qualitate. **A**lter respondetur et melius quod persone divine non faciunt numerum: cum non distinguantur equaliter. **E**t tunc ad argumentum persone divine sunt tres vel tria entia vel tres res igitur sunt numerus ternarius. dicitur quod illi termini duo tria quatuor possunt dupliciter sumi transcendenter et quantitative de predicamento quod

istatis. primo modo negat consequentia et concedit antecedens. sed secundo modo concedit consequentia et negat antecedens. Ad tertium argumentum potest dupliciter responderi. **P**rimo modo negando antecedens. v. g. a. b. c. sunt in divinis quod nullum est pater filius vel spiritus sanctus. quod significat quod a. b. c. sunt in divinis et nullum illorum demonstratis. a. b. c. est pater filius vel spiritus sanctus. quod est falsum. quod demonstratis tribus personis aliquid istorum est pater filius vel spiritus sanctus et ille tres persone sunt. a. b. c. igitur demonstratis. a. b. c. aliquid istorum est pater filius vel spiritus sanctus: et non valet hec consequentia. nec. a. est pater filius vel spiritus sanctus nec. b. nec. c. igitur nullum istorum demonstratis. a. b. c. est pater filius vel spiritus sanctus. sicut posito quod a. sit soror. et plato. currit soror. et non plato. sit. b. Joannes et Licero: currat Joannes et non Licero. isto posito non sequitur. nec. a. currit nec. b. currit igitur nullum istorum currit demonstratis. a. et b. sic similiter non sequitur in proposito. **A**lii respondet negando consequentiam principales nec arguit per regulas. et ratio quod regula presupponit quod quando arguitur ab inferiori ad suum superius a parte subiecti precise predicata debent fixa manere in voce significatione et suppositione atque quacumque limitatione. **S**imiliter si argueret a parte predicati subiecta sic debent manere propterea non sequitur homo currit igitur animal disputat. homo hominem videt igitur animal omnem hominem videt. **D**ico ergo quod consequentia illa non valet propter consimilem causam. quod si nullum in antecedente est simpliciter adiectivum termini distincti et in consequente termini simplicis. hec enim. a. b. c. sunt in divinis quorum nullum est pater filius vel spiritus sanctus. significat quod a. b. c. sunt in divinis et nullum. a. vel. b. vel. c. est pater filius vel spiritus sanctus. Sed ista aliqua sunt in divinis quorum nullum est. significat quod aliqua sunt in divinis et nullum ens istorum est pater filius vel spiritus sanctus. quare etc. **E**x hijs sequitur quod si relativum semper refert sibi antecedens magis similitudinem hec consequentia non valet. homo differt ab animalibus quod est asinus igitur aliquid differt ab animalibus quod est asinus: nec arguitur per regulam ab inferiori ad suum superius. quod si quod in antecedente refertur li animalibus cum non possit referretur illum terminum homo et in consequente refertur li aliquid quod sibi magis est simile quam li animalibus. quod si aliquid est nominativum casus et neutri generis sicut relativum: li animalibus aut ablativi casus. quare etc.

Secunda regula principalis est ista. Ab inferiori ad suum superius negatione preposita distributive vel confusivae non valet argumentum. propter primam non sequitur. nullus homo currit igitur nullum animal currit. hoc non est homo igitur hoc non est animal. propter secundam non sequitur. omnis homo currit igitur omne animal currit: tamen homo est homo igitur tamen homo est animal: tu differens ab homine igitur tu differens ab animali. **I**ste leo est fortior homine igitur est fortior animalibus. **E**t sic de alijs qualitercumque.

Propter tertiam particulam non sequitur tu incipis esse albus igitur tu incipis esse coloratus: deus incipit esse homo igitur deus incipit esse animal. **S**oror. in quantum homo est risibilis igitur soror. in quantum animal est risibilis. omnis homo propter soror. currit igitur omnis homo propter hominem currit. tu primo curris igitur tu primo morieris: nunc ultimo est hoc instans igitur nunc ultimo est aliquid instans. **I**ste enim homo significat primo hominem igitur significat primo animal: eodem genere iste homo est homo igitur contingenter hoc est homo: si tu es homo animal tu es asinus demonstrato per li animal asino igitur si tu es animal tu es asinus. **A**lii tamen bene valet argumentum cum confusione: ut omnis homo est homo igitur omnis homo est animal: tamen homo currit igitur tamen animal currit. necessario homo est homo igitur necessario animal est homo: promitto tibi denarium igitur promitto tibi aliquid. iste terminus homo significat boiem igitur significat animal. tu differens ab omni homine igitur tu differens ab omni animali. tu es fortissimus omnium boium igitur tu es fortissimus omnium animalium. **E**t sic de alijs suo modo. **P**ro quo est notandum quod terminorum confundentium

confuse tamen quidam non includunt negationem. quidam autem includunt. **E**xemplum primum ut promitto appeto. **E**xemplum secundum ut incipit et desinit. **I**tem terminorum non includentium negationem quidam confundunt confuse tamen ratione sue categorice. quidam autem non sed potius ratione hypothetice implicite vel explicite. **E**xemplum primum ut promitto volo desidero appeto significat. et sic de alijs. **E**xemplum secundum ut nota conditionis casualis et reduplicacionis que immediate nota conditionis importat. **D**ico ergo quod ab inferiori ad suum superius cum nota confusionis primo modo dicta deducto quocumque alio impedimento est bonum argumentum sed secundo modo non ut exempla demonstrant. **I**tem terminorum includentium negationem quidam vnae solam includunt quidam autem duas vel saltem vnam cum altero signo distributivo. **E**xemplum primum ut incipit et desinit. primo et ultimo. primum et ultimum. note exceptionem vel contingit. **E**xemplum secundum signa uniuersalia affirmativa: dictiones contingit et nota necessitatis. **D**ico ergo quod ab inferiori ad suum superius cum nota vel termino confuso includente negationem primo modo deducto alio sine categorice remaneat non valet argumentum. sed arguendo cum signo confuso includente negationem secundo modo v. g. argumentum bonum exempla superius posita sunt. **C**ontra istam regulam arguitur sic. **I**sta consequentia est bona homo non currit igitur animal non currit. et hic arguitur ab inferiori ad suum superius negatione preposita. igitur etc. consequentia tenet cum maiori. quod oppositum consequentis repugnat antecedenti et minorem probo. quod autem arguat ab inferiori ad suum superius per se: sed quod negatione preposita probatur. quod continue preponitur negatio verbo principali. **S**ecundo arguitur sic. **I**sta consequentia est bona. non omnis homo currit igitur non omne animal currit. et tamen arguitur negatione preposita. igitur etc. consequentia tenet cum minori et maiorem probo: quod illa consequentia est bona homo non currit igitur animal non currit igitur et alia per consequentia quod ille consequentia convertuntur cum antecedentia et consequentia convertuntur et cetera sunt paria. **T**ertio arguitur sic. **I**sta consequentia v. g. nullus numerus binarius est igitur nullus numerus est. et hic arguitur negatione preposita. igitur etc. consequentia per consequentia cum minori et maiorem probo: quod oppositum consequentis repugnat antecedenti. v. g. nullus numerus binarius est et aliquid numerus est. quod si aliquid numerus est vel iste est numerus binarius et sic habet prepositum autem est ternarius vel quaternarius et qualitercumque dicat sequitur quod binarius est. **A**d prima duo argumenta. dico quod regula intelligitur sic. ab inferiori ad suum superius negatione preposita distributive superius ratione cuius arguitur non valet argumentum: modo per se nec in prima nec in secunda forma distribuitur inferius et superius. **A**d tertiam formam dico quod concludit verum sed hoc non est ratione forme. sed ratione materiae: sicut etiam sequitur quod nulla prepositio vera scilicet igitur nulla prepositio scitur: quod oppositum consequentis repugnat antecedenti. v. g. aliquid qua prepositio scitur quod nulla prepositio vera scitur. quod nihil scitur nisi verum. **S**imiliter etiam sequitur. **I**ste homo non est animal igitur iste homo non est animal. quod si iste homo est animal iste homo est et si iste homo est. iste homo est iste homo. et si iste homo est iste homo iste homo est homo per primam regulam. et sic exposito consequente sequitur oppositum formaliter antecedentis. quare consequentia ista formalis est sed non de forma quod petit regula.

Amplius ad principale arguitur sic. ista consequentia est bona non homo est igitur nullus animal est. et tamen hic arguitur ab inferiori ad suum superius negatione preposita. igitur etc. consequentia tamen cum minori et maiorem probo. quod antecedens est impossibile. **S**ecundo arguitur sic. tamen homo est homo igitur tamen animal est homo. **I**sta consequentia est bona. et hic arguitur negatione preposita. igitur etc. consequentia tamen cum maiori et minori probatur. quod si tamen includit negationem sed ibi arguitur dictione exclusiva precedente igitur et negatione preposita. **T**ertio arguitur sic. **I**sta consequentia est bona: nullus homo risibilis est

igitur nullus homo est: et tamen hic arguitur ab inferiori ad suum superius negatione proposita. igitur et c. consequentia tunc cum maiori et minorem probat: quia omne se habens per modum appositionis respectu alterius inferioris est eo: sicut si albus homo respectu istius termini homo: sed si homo risibilis habet se per modum appositionis respectu istius termini homo igitur inferioris est eo. Ad primum dicitur quod ista consequentia est bona. quia antecedens est impossibile et sic non est formalis quia contradictorius consequentis non formaliter repugnat antecedenti. nec est bona de forma. quia sibi similis in forma non valet. unde non sequitur nullus homo currit igitur nullum animal currit. Ad secundum nego quod arguat negatione proposita: ad arguendum si tamen includit negationem: sed arguit si tamen precedente: igitur et negatione: non valet argumentum. quia propter hoc quod si tamen includat negationem non sequitur aliquam negationem esse. quia si includit est terminus ampliativus sed debuit sic argui hic arguitur dicitur ex clausura precedente et ipsa est negatio. igitur et c. consequentia est bona sed minor est falsa ut patet. Ad tertium concedo illam consequentiam. nullus homo risibilis est igitur nullus homo est. et nego quod ibi arguat ab inferiori ad suum superius. quia si homo risibilis non est inferiori ad si homo. et cum dicitur quod omne se habens per modum appositionis et c. si sic intelligitur dicitur quod omne compositum ex adiectivo et substantivo est inferioris ad substantivum solitarie sumptum sic negatur illa. nec est regula. quia ubi adiectivum convertitur cum substantivo non est illud dicitur verum: sicut est in proposito: si tamen intelligitur ubi adiectivum non convertitur cum substantivo suo conceditur illa maior et negatur minor. et cum dicitur si homo albus habet se per modum appositionis igitur et si homo risibilis. non valet argumentum. quia in prima non convertitur adiectivum cum substantivo et in secunda convertibiliter se habet. Aliter posset dici concessio quod si homo risibilis sit inferioris ad si homo. et quia ista consequentia est bona et formalis: sed tunc gratia maiore sicut ista nullus homo coloratus est igitur nullus homo est. non enim posset poni oppositum consequentis cum antecedente: similiter sequitur nullum animal coloratum est igitur nullum animal est. propter consimilem causam: quia autem ista non valeat de forma. patet quia non sequitur nullus homo albus est igitur nullus homo est. nec sequitur nullum animal nigrum est igitur nullum animal est. quare et c.

Amplius ad principale arguitur contra secundam partem regule. Ista consequentia est bona. omnis homo est igitur omne animal est: et tamen hic arguitur ab inferiori ad suum superius distributive precedente. igitur et c. consequentia tenet cum minori et maiori similiter probat. quia oppositum consequentis repugnat antecedenti. Secundo arguitur sic. Ista consequentia est bona. omnis homo animal non est igitur omne animal animal non est. et hic arguitur distributive precedente. igitur et c. consequentia tunc cum minori et maiorem probat. quia oppositum consequentis repugnat antecedenti. v. g. omnis homo animal non est et aliquid animal omne animal est. quia ex ipsis sequitur quod homo non est: probatur quia ex opposito cum una premissarum sequitur oppositum alterius premissae. sequitur omnis homo est et aliquid animal omne animal est igitur homo omne animal est. quod est oppositum prime partis. Tertio arguitur sic. ista consequentia est bona. omnis homo currit igitur omne animal currit. et hoc arguitur distributive precedente. igitur et c. consequentia tunc cum minori et maiorem probat. quia illa propositio est alterius illativa que asserit adequatum significatum illius: sed hec propositio omnis homo currit asserit quod omne animal currit. ergo consequentia bona. minor probatur. nam hec propositio omnis homo est asserit: quod omne animal est sed tam universalis est ista omnis homo currit sicut ista omnis homo est igitur a pari asserit omne animal esse vel currere. Ad primum argumentum dicitur quod regula non intendit quod nunquam sit consequentia bona et formalis aut de forma ab inferiori ad suum superius distributive affirmativa precedente: sed intendit ut in pluribus quod non valeat cum verbis adiectivis vel substantivis de tertio

adiacente: et hoc formalis vel de forma. unde illa consequentia non valet. omnis homo currit igitur omne animal currit nec de forma nec de materia nec formaliter nec materialiter. Item illa omnis homo est asinus igitur omne animal est asinus. omnis homo est animal igitur omne animal est animal. quolibet istarum est bona et formalis sed solum de materia est bona. quia aliqua similis in forma non valet. Item omnis homo est igitur omne animal est: est bona de forma et formalis quia quolibet sibi similis in forma tunc et sic concedo quod ab inferiori ad suum superius affirmative distributive de secundo adiacente est consequentia bona formalis et de forma. Ad secundum dico quod illa consequentia est bona et formalis sed non de forma: quia non sequitur in simili quolibet homo homo non est igitur omnis homo homo non est. dato. n. quod non esset aliquis homo masculus esset antecedens verum et consequens falsum. quare et c. Ad tertium argumentum dicitur negando illam consequentiam. omnis homo currit igitur omne animal currit et nego quod antecedens asserat omne animal currere sed bene significet idem. Et tunc ad argumentum nego consequentiam nec est similitudo quia una est de secundo adiacente et non alia. quare et c.

Amplius ad principale contra tertiam partem regule arguitur et primo probando quod illa consequentia est bona. a. terminus significat primo hominem igitur significat primo animal. et pono quod a. sit ille terminus homo mentalis. quo posito arguitur sic. exponentes consequentis sequuntur ex exponentibus antis igitur consequens sequitur ex antecedente. antecedens probatur. Nam sequitur. a. significat hominem et non immediate ante nunc significavit hominem igitur significat animal et non immediate ante nunc significavit animal. consequentia probat quia prima pars consequentis sequitur ex prima parte antecedentis et secunda ex secunda. Secundo arguitur sic. quod illa consequentia sit bona nullus homo preter se. currit igitur nullus homo preter hominem currit. quia si consequentia est bona. tamen se. est aliquis homo currit igitur tamen homo est aliquis homo currit. et si tamen se. est aliquis homo currit convertitur cum illa nullus homo preter se. currit igitur per idem sequitur. nullus homo preter se. currit igitur nullus homo preter hominem currit. Tertio arguitur quod ista consequentia sit bona. Si homo currit risibile currit igitur si animal currit risibile currit. quia si consequentia est bona homine corrente risibile currit igitur animali corrente risibile currit. per primam regulam et aliquid antecedit ad antecedens igitur idem antecedit ad consequens: sed si consequentia est bona. si homo currit risibile currit igitur homine corrente risibile currit. igitur et hec est bona si homo currit risibile currit igitur animali corrente risibile currit et ex consequente sequitur quod si animal currit risibile currit igitur idem sequitur ex antecedente. et sic si consequentia est bona si homo currit risibile currit igitur si animal currit risibile currit. Ad hec respondet ad primum quod ille terminus primo tripliciter sumitur primo exponitur inceptibiliter. secundo exponitur comparabiliter et tertio officialiter solum. primo modo exponitur ut dicitur est per primam causam veritatis inceptionis. secundo modo exponitur sic. a. significat hominem et significat aliud ab homine et nihil prius aut ita cito significat sicut hominem igitur. a. significat primo hominem. tertio modo sumitur convertibiliter cum si primarie vel adequate. Dico igitur quod sumitur primo modo non valet consequentia illa de forma. a. significat primo hominem igitur significat primo animal. quia dato quod a. continue ante hoc significavit asinum et nunc primo significet hominem esset antecedens verum et consequens falsum. Tertium tamen sumendo. a. pro termino mentali consequentia est satis bona. Sumendo secundo modo si primo. nego quod iste terminus homo significet primo hominem. quia statim sequitur quod significet aliud ab homine quod est falsum. Et ubi aliquis vellet quod si homo significet aliud ab homine: quia maius et formaz eius sic conceditur quod si homo significat primo animal et significat primo corpus sicut significat primo hominem. Sed sumendo tertio modo si primo dico quod consequentia non valet sicut non sequitur si homo significat adequate hominem igitur

significat adequate animal: si homo significat homines in mediate sub rōne humanitatis igitur significat animal in mediate sub rōne animalitatis. quare &c. **Ad secundum** dicitur quod si exclusiva & exceptiva convertantur non tamen sequitur quod si exclusiva infert superius sui subiecti quod etiam exceptiva concludat superius casuali dictionis exceptivae: quod ex illatione talis exclusionis non sequitur incongruitas nec in proprietate aliqua que sequitur ex illatione exceptionis. **Alio** quando tamen valz argumentum quando arguitur ab inferiori ad suum superius existens inferius illud a quo fit exceptio implicitum vel explicitum: sicut hic nullum animal propter istum hominem currit igitur nullum animal propter hominem currit. nihil propter hominem currit igitur nihil propter animal currit: affirmativae autem non valet: ut non sequitur. omne animal propter istum hominem currit igitur omne animal propter homines currit. quare &c. **Ad tertium** argumentum dico quod illa consequentia non valet. homine currente risibile currit igitur animal currente risibile currit. quod dato quod nihil currat est antecedens verum rōne istius conditionalis vere si homo currit risibile currit & consequens est falsum cum non habet aliquam suam causam veram nec conditionalem nec temporalem nec localem. & cum dicitur quod arguitur per primam regulam. nego cum non arguitur rōne alicuius extremi quia si homine currente non est subiectum nec predicatum in uno nec pars subiecti nec pars predicati: si pars totius propositio &c. **Tertia** regula principalis est ista ab inferiori per se ad suum superius negatione postposita sine impedimento est bonum argumentum & formale sed non de forma. Exemplum homo non currit igitur animal non currit. quod ista non sit bona de forma patet. quod non sequitur in simili aliquid homo non currit igitur animal non currit. & quod ista sit formalis probatur. nam illa est bona vel igitur materialiter bona vel formaliter bona. non est dicendum quod materialiter bona: quod nec antecedens est impossibile nec consequens est necessarium: & per consequens ipsa est formaliter bona: quod antem ipsa sit bona patet quod contradictorium consequentis repugnat antecedenti cum ex ipsis sequitur impossibile per se: sequitur enim omne animal currit homo non currit. igitur homo non est animal. quare &c. **Contra istam regulam** arguitur sic. hec consequentia non valet. homo non est homo igitur homo non est animal demonstrato asino: & tamen arguitur per regulam igitur regula falsa. consequentia patet cum maiori & minore probat. istam quod ille terminus homo sit inferior de per se ad si animal patet. sed arguitur negatione postposita probatur ex hoc quod utrobique postponitur subiecto. **Secundo** arguitur sic. non sequitur asinus hominis non currit igitur animal non currit. & hic arguitur per regulam igitur regula falsa. consequentia tamen cum maiori dato quod omne animal currit & nullus sit asinus hominis & minor similiter patet: nam quod arguatur negatione postposita manifestum est: si quod arguatur ab inferiori de per se probatur quod si asinus est inferius per se ad si animal sicut si homo. **Tertio** arguitur sic. ista consequentia non valet. aliquis homo non currit igitur animal non currit. & tamen arguitur per regulam. igitur &c. consequentia patet cum maiori quod dato quod omne animal curreret & quod nullus esset homo masculus: & minor similiter patet. quia si homo est inferius per se ad si animal sicut plures est consequentia. **Ad hec** respondet ad primum. quod regula intelligit de negatione postposita inferiori & superiori modo si ibidem postponatur subiecto tamen propositio continet inferiori & superiori. **Ad secundum** potest vno modo dici quod regula intelligitur quando arguitur rōne totius extremi: modo si si asinus esset inferius de per se ad si animal non tamen si asinus hominis. **Secundo** modo dicitur quod si asinus non est inferius per se ad si animal sicut nec iste terminus homo masculus. unde sicut hoc est contingens homo masculus est subalternum. ita & ista asinus est subalternum: sed concedo quod si asina est per se terminus inferior: ad si animal. quod hoc est necessaria & quiditativa asina est subalternum. **Ad tertium** dico quod illa consequentia non valet aliquis homo non currit igitur animal non currit. nec arguitur ab inferiori per se ad suum superius.

Pro quo notandum quod ille terminus homo aliquando est inferior de per se ad illum terminum animal quando illimitate significat vel supponit sicut in ista propositione homo est animal. aliquando autem est inferior per accidens quando illimitate significat vel supponit. sicut hic aliquis homo est animal: aliquando autem nec est inferior per se nec inferior per accidens sicut quando materialiter sumit sicut in hac propositione si homo est animal. **Ex** quibus sequitur quod ille terminus homo aliquando est terminus communis & aliquando est terminus discretus. Exemplum primi homo currit aliquis homo disputat. Exemplum secundi iste homo est animal. **Item** sequitur quod ille terminus homo est superior ad istum terminum homo sicut in hac predicatione. aliquis homo est homo. ubi subiectum precise supponit pro masculis & predicatum pro utroque sexu. **Sequitur** tertio quod non semper convertuntur illi duo termini homo & homo: ut puta quando unus limitate & alter illimitate supponit: aut quando unus stat personaliter & alter materialiter vel simpliciter. **Aliter** potest dici quod regula intelligitur quando arguitur simpliciter ab inferiori per se. & sic tunc arguitur quando in antecedente non sumitur terminus per accidens qualiter non fit in proposito: quod si aliquis homo est inferius per accidens ad si homo.

Quarta regula principalis est ista. ab inferiori ad suum superius de per se vel per accidens rōne totius extremi sine impedimento precedente cum debito medio negatione postposita valz argumentum. verbi gratia. homo non currit & homo est homo igitur homo non currit. **Et** notanter dico rōne totius extremi. quod non sequitur deus esse asinus est impossibile & omnis asinus est ens igitur deus esse ens est impossibile: in sensu composito: similiter non sequitur hoc celum istius solis non est minus sole & hoc celum est aliquid igitur aliquid istius solis non est minus sole. **Et** non sequitur asinus homo non currit & omnis homo est homo igitur asinus hominis non currit. quia posito quod omnis asinus hominis currat & quod nullus homo habeat asinum: est antecedens verum sine consequente. Similiter non sequitur homo albus non currit & homo est animal igitur animal albus non currit. **Dico** secundo sine impedimento precedente propter signa distributiva & officabilia: quod non sequitur omnis homo non currit & omnis homo est animal igitur omne animal non currit. similiter non sequitur differens a platone non est non rationale & differens a platone est homo igitur differens ab homine non est non rationale: aliud quod plato non est non homo & aliud quod plato est homo igitur aliud quod homo non est non homo. similiter non sequitur animal albus platone non est in rationale & animal albus platone est: igitur animal albus homine non est in rationale. **Item** non sequitur dubitans homo esse non currit & dubitans homo esse est igitur dubitans hominem esse non currit. nec sequitur volens homo esse non currit & volens homo esse est igitur volens hominem esse non currit &c. **Dicitur** tertio cum debito medio & non cum constantia totalis extremi. quod aliquando arguitur cum constantia totalis extremi & tamen non valz argumentum. quod sicut non sequitur. aliquis homo non currit & homo est igitur animal non currit. quod autem arguatur cum totali extremi patet quod si homo est totale subiectum & extremum & non si aliquis homo. **Si** militer aliquando est argumentum bonum & tamen non arguitur cum constantia totalis extremi. sequitur enim tu platone non vides & plato est homo & tu homines non vides. plato homo non est idem & homo est homo igitur plato homini non est idem. tu caput bonis non habes & caput bonis est igitur tu aliquid quod caput non habes. & sic de alijs ubi patet quod non arguitur rōne totius extremi. **Dico** ergo quod in huiusmodi argumentatione debet verificari an arguatur a parte subiecti vel a parte predicati: si a parte subiecti potest sumi pro medio debito pro de secundo adiacente in qua subicitur sinonimus cum subiecto maioris: & ideo ista consequentia est bona. Iste homo non currit & iste homo est igitur homo non currit. asinus homo non currit & asinus homo est igitur asinus hominis non currit. **Si** autem fuerit argumentatio respectu predicati vel alterius extremi sufficit sumere pro medio propositio de secundo adiacente in qua sumitur sinonimus vel rectus

Alius quod precedit negationem sicut hic. *for.* plato non est et plato est igitur *for.* homo non est. similiter sequitur tu platonem non vides et plato est igitur tu hominem non vides. Ex his ergo patet quare non valet ista consequentia: homo albus non currit et homo est igitur homo non currit. quia non sumitur debitum medius quod deberet esse tale homo albus est. similiter non sequitur aliquod videns istum hominem non est asinus et iste homo est igitur aliquid videns aliquem hominem non est asinus: supposito enim quod iste homo demofatus in antecedente non videatur ab aliquo videatur tamen aliquis homo ab asino et non ab alio. quo posito antecedens est verum et consequens falsum: sed debet sumi pro minoris aliquid videns istum hominem est. Consimiliter in omnibus alijs casibus deficit talis modus arguendi propter consimilem causam. unde non sequitur in genitivo. aliquis asinus istius viri non currit et iste vir est igitur aliquis asinus alicuius viri non currit. nec sequitur in dativo. aliquis famulus serviens huic non est bonus et iste est igitur aliquis famulus serviens alicui homini non est bonus. dato quod demonstrat homo in antecedente. Item non sequitur in activo aliquis homo obediens istum hominem non odit a te et iste homo est igitur aliquis servus obediens aliquem hominem non oditur a te. similiter in ablativo non sequitur. aliquis utens hoc instrumentum non est sapiens vel prudens et hoc instrumentum est igitur aliquis utens aliquo instrumento non est prudens. Et sic de multis alijs intelligentibus satis notis.

Contra istam regulam arguitur sic. Ista consequentia non valet deus nunc non fuit et nunc est igitur deus aliquando non fuit. ergo etc. consequentia tamen cum maiori. quia antecedens est verum et consequens falsum. quod antecedens sit verum patet. quia deus in hoc instanti non fuit et hoc instans est nunc igitur deus nunc non fuit. et quod consequens sit falsum. patet quia deus semper fuit. quare etc. Secundo arguitur sic. ista consequentia non valet. a. nihil est et a. est ergo aliquid nihil est: et hic arguitur per regulam. igitur etc. consequentia tamen et antecedens probatur. et pono quod a. sit numerus ex *for.* et ex platone. quo posito patet quod a. nihil est. quia nec *for.* nec plato nec aliquid aliud: et a. est: quia *for.* et plato sunt et consequens tamen est falsum. quia omne ens est aliquid. quare etc. Tertio arguitur sic. ista consequentia non valet hoc compositum ex duobus equalibus non est duplum ad quodlibet illorum et hoc compositum ex duobus equalibus est. igitur aliquid compositum ex duobus equalibus non est duplum ad quodlibet illorum. et hic arguitur per regulam. igitur etc. consequentia patet cum minori et maiore probatur: nam casu possibili posito est antecedens verum et consequens falsum. igitur etc. antecedens probatur et pono quod a. sit vna tripedalis quantitas et quod b. sit vna bipedale illius et c. aliud bipedale illius ita quod illa bipedalia sint comunicantia. isto posito patet quod consequens sit falsum. quia suum contradictorium est regula. vbi omne compositum ex duobus equalibus est duplum ad quodlibet illorum. et quod antecedens sit verum probatur. quia a. componitur ex b. c. equalibus et tamen non est duplum ad quodlibet illorum. quod autem a. componitur ex b. c. quia a. componitur ex tribus pedibus et illa sunt b. c. igitur etc. minor etiam patet. vbi hoc compositum ex duobus equalibus est. quia a. componitur ex duobus equalibus cuius componatur ex suis medietatibus. quare etc. Ad hoc respondetur ad primum concedo illam consequentiam et consequens. vbi quod deus aliquando non fuit. et cum dicitur deus semper fuit nego et non valet hoc argumentum. deus aliquando fuit et non fuit aliquando quia deus fuit tunc. igitur deus semper fuit: sed debet sumi pro minori non est vel fuit aliquando quia tunc deus fuit que minor falsa est cum deus nunquam fuerit in hoc instanti presenti. Et dicitur tamen notandum est quod si isti termini nunc: tunc: aliquando: dicuntur principaliter tempus vel instans non sunt in predicamento quando sed potius in predicamento quantitas. unde quando per auctores sex principiorum est quid derelictum ex adiacentia temporis circa rem temporalem. et hic accipitur quando nominaliter et declinabiliter. et dicitur quod est illud quod derelinquitur ex adiacentia temporis

ad denotandum quod tempus non est quando sed derelinquitur ex transitu et successione temporis: dicitur etiam ex adiacentia et non inherencia ad denotandum quod quando proprie sumptum causatur ab extrinseco. Ultimo dicitur circa rem temporalem ad excludendum quando eui et eternitatis.

Ad secundum dicitur negando consequentiam factam nec arguitur per regulam. quia li. a. in casu isto non est terminus inferior ad li. aliquid cum non sit verificabilis de eo sed est inferior ad li. aliqua: sicut hoc copulatum *for.* et plato semper loquendo de inferioritate et superioritate communiter dicta propterea ex illo antecedente bene sequitur quod aliqua nihil sunt quod est verum: quia *for.* et plato nihil sunt sed sunt aliquid. Ad tertium dicitur concedendo consequentiam et consequens de virtute sermonis. nec ista est regula omne compositum ex duobus equalibus est duplum ad quodlibet illorum: sicut argumentum demonstravit: imo nec est regula addendo illam particulam non coincidentibus: quia lapis pedalis quantitas coponitur ex materia et forma sua subali partibus equalibus: quia ad omnem punctum vnus est aliquid alterius et tamen lapis non est duplus ad materiam suam totalem nec formam substantialem denominatam totum. similiter aliquid est compositum ex quatuor equalibus non coincidentibus et est precise equale cuilibet illorum sicut mixtum si ponitur componitur ex elementis formaliter: ideo hec est regula omne compositum ex duobus equalibus non coincidentibus nec coextensum est duplum ad quodlibet illorum. Verumtamen non habeo pro inconuenienti: quod aliquid sit duplum ad aliud et equale illi diuersis respectibus sicut posito quod a. sit bipedale latum et b. sua medietas in longitudine. isto posito patet quod a. est duplum ad b. in longitudine et tamen est equale sibi in latitudine. quare etc.

Amplius ad principale arguitur sic. Ista consequentia non valet. necessario iste homo non est animal demonstrato *for.* et iste homo est igitur necessario homo non est animal. et hic arguitur per regulam. igitur etc. consequentia tamen cum minori et maiore probatur. quia antecedens est verum et consequens falsum. Secundo arguitur sic. non sequitur. hoc pedale non est et hoc pedale est igitur aliquid pedale non est: et hic arguitur per regulam. igitur etc. consequentia tamen cum minori et maiore probatur. quia antecedens est verum et consequens falsum: quod consequens sit falsum patet: et quod antecedens sit verum probatur: et pono quod a. et b. sint duo pedalia isto posito patet quod a. b. non est igitur demonstrato hoc a. pedale non est et tamen a. pedale est per casum igitur hoc pedale est. quare etc. Tertio arguitur ista consequentia non valet. hoc creans hominem non est deus et hoc creans hominem est igitur creans hominem non est deus. et hic arguitur per regulam. igitur etc. consequentia tamen cum minori et maiore probatur: quia casu posito est antecedens verum et consequens falsum igitur consequentia non valet. probatur autem: et pono quod deus creat *for.* et non platonem: ita quod plato sit et dicitur ante hoc fuit: et demonstrato continue per li. hoc deus isto posito patet quod consequens est falsum. quia suum oppositum est verum. vbi omne creans hominem est deus: ut patet per suas exponentes: sed quod antecedens sit verum probatur primo pro maiori: quia hoc creans istum hominem non est deus et hoc creans illi hominem non est deus et sic ultra et isti sunt omnes homines igitur hoc creans hominem non est deus. consequentia tamen quia li. hominem supponit determinate pro omni homine et sic sub eo contingit descendere disiunctive: sicut etiam sequitur iste homo non currit vel iste homo non currit et isti sunt omnes homines igitur homo non currit: antecedens autem manifeste est verum pro vna parte: quia demofato platone verum est quod creans istum hominem non est deus. quia suum contradictorium est falsum et contra casum omne creans istum hominem est deus. minor principalis argumenti probatur. Nam hoc creans platonem est ergo hoc creans hominem est: consequentia tenet per primam regulam. quare etc. Ad primum respondetur primo negando antecedens. vbi necessario iste homo non est animal: quia statim sequitur quod impossibile est ipsum esse animal: sed bene concedo istam non necessario iste homo

est animal que vera est & contradictoria alterius & non ista necessario iste homo est animal. **C**Secundo dicitur quod non arguitur cum debito medio. quod debuit summi consimilis determinatione necessitatis. v. g. necessario iste homo est. que est falsa. **T**ertio dicitur quod non arguitur per regulam quod postpositum terminus officialis superioris & inferioris. **A**d secundum queratur quid subicitur in maiori an hoc vel si pedale si hoc pedale negatur maior & non sequitur. a. b. non est igitur hoc pedale non est sed bene sequitur hoc pedale pedale non est. Si autem subicitur hoc pedale precise nego consequentiam nec arguitur per regulam quod deberet concludi una illarum aliquid pedale non est. aliquid pedale pedale non est quare quilibet est vera &c. **A**d tertium respondet. procedendo consequentiam & negando maiorem. v. g. hec: creans hominem non est deus & hoc creans hominem est deus igitur deus non est deus: quod est impossibile: similiter hoc creans hominem non est deus: & hoc creans hominem est ergo hoc creans hominem non est deus: quod iterum est impossibile: consequentia tamen a negatione de predicato finito. &c. similiter hec est falsa. creans hominem non est deus ut probatum est & habet singulares igitur quilibet eius singularis est falsa & hec est singularis illius hoc creans non est deus igitur ista est falsa. & tunc ad probationem eius dicitur negando consequentiam: nec est uniuersaliter verum quod sub quolibet termino stante determinate contingat fieri descensus sine mutatione illius & hoc quando immobiliter supponit sicut in proposito ratione negationis & verbi: nec est similitudo quod in illa homo non currit si homo non immobilitatur cum sit subiectum: in alia autem si hominem immobilitatur cum sit pars subiecti. **C**ontra istam responsionem arguitur probando illam hoc creans hominem non est deus: quod hominem hoc creans non est deus igitur hoc creans hominem non est deus: patet consequentia a convertibili ad convertibile & antecedens probatur. istum hominem hoc creans non est deus demonstrando platonem & iste homo est homo igitur hominem hoc creans non est deus. patet consequentia expositioe & maior: similiter quia suum oppositum est contra casum. **C**Secundo arguitur sic. hoc creans platonem non est deus & plato est homo igitur creans hominem non est deus patet consequentia per regulam. **T**ertio arguitur sic. hec est falsa non hoc creans hominem non est deus & hoc contradicit propositioni principaliter probande igitur ipsa est vera. consequentia tenet cum minore: quod non est verius dare contradictorium quam proponere negationem totius maior: probat. nam ista. non hoc creans hominem non est deus est propositio affirmativa propter duas negationes quarum nulla infinitatur: & si hominem stat distributive ratione prime negationis igitur predicta propositio equivalet uni istarum hoc creans omnes hominem est deus omnem hominem hoc creans est deus: quarum quilibet est falsa ut patet. **Q**uarto arguitur sic. hoc a quo homo creatur non est deus igitur hoc creans hominem non est deus. pro consequentia quod subiecta astitis & ostis convertuntur ceteris paribus: & antecedens probatur hoc a quo homo creatur non est deus vel hoc a quo quilibet homo creatur est deus igitur hoc a quo homo creatur non est deus. pro consequentia a disiunctiva cum destructione unius partis ad aliam partem & prima pars antecedentis pro. ex eo quod est disiunctiva cuius partes principales contradicunt. secunda pars pro de se. **Q**uinto arguitur sic. hominem nullus deus creat igitur hominem hoc creans non est deus. pro consequentia quod oppositum consequentis repugnat antecedenti. v. g. omnem hominem hoc creans est deus: tunc sic hominem hoc creans non est deus & omne quod est hominem hoc creans est hoc creans hominem igitur hoc creans hominem non est deus. consequentia tenet in quinto tertie & promissa de se note sunt. **S**exto arguitur sic. hoc hominem non creat igitur hoc creans hominem non est. pro consequentia a simili quod bene sequitur hoc platonem non creat igitur hoc creans platonem non est. quare &c. **A**d hec respondet ad primum dicitur quod in ista propositione hominem hoc creans est deus potest subici si hominem solum aut si hominem hoc creans. primo modo

conceditur ista propositio ex qua non sequitur quod hoc creans hominem non est deus. secundo modo negatur & tunc ad argumentum. istum hominem hoc creans non est deus & iste homo est homo. igitur &c. non v. g. argumentum nec est sillogismus expositioe propter defectum medij debiti: quod debet esse tale istum hominem hoc creans est aliquem hominem creans quod est falsum & contra casum. **A**d secundum dicitur negando consequentiam nec arguitur per regulam: quod non sumitur debitum medium quod deberet esse tale hoc creans platonem est: quod est contra casum. **A**d tertium dicitur concedendo illam: non hoc creans hominem non est deus & nego quod equivalet illi hoc creans omnem hominem est deus. quod si hominem non distribuitur: & ratio: quia quando sunt multi termini ex eadem propositione vel ex eadem parte propositionis dependentes ex primo nisi primus distribuatur nullus aliorum distribuatur per negationem precedentem totum: sicut si diceretur hoc quod est album non currit demonstrato for. al. bo corrente: dico quod si album stat determinate & ita similiter in ista non hoc quod est album non currit. quod si statet distributive tunc equipolleret illi hoc quod est omne album currit quod est falsum & sic duo contradictoria inter se contradicentia essent simul falsa. non est ergo inconueniens quod terminus communis precedat solum negatio negatione tenta non distribuens ipsum sicut clarissime patet in materia relativorum & consequenter in omnibus alijs ubi est dependentia ex eadem parte propositionis sicut dictum est: sed bene esset inconueniens quod aliquis terminus communis existens totale extremum propositionis sine dependentia quam prederet sola negatio non negans & distribuens ipsum. **A**d quartum dicitur negando illam: hoc a quo homo creatur non est deus: & tunc ad argumentum: hoc a quo homo creatur non est deus vel hoc a quo creatur quilibet homo est deus &c. negat antecedens: dicendo quod partes istius disiunctive non contradicunt sed iste due contradicunt. hoc a quo homo creatur est deus & hoc a quo homo creatur non est deus sicut & iste due hoc creans hominem est deus & hoc creans hominem non est deus hoc quod est album currit & hoc quod est album non currit. **A**d quintum argumentum hominem nullus deus creat igitur hominem hoc creans non est deus: dicitur ut prius quod si hominem est subiectum in consequente concedit consequentia & consequens: ex quo non sequitur postea quod hoc creans hominem non est deus: nec sillogismus factus est in quinto tertie cum non subiciatur utrobique propositioabile. si autem subicitur si hominem hoc creans. non v. g. prima consequentia nec arguitur ab uno convertibili ad reliquum cum talia subiecta non convertantur. **A**d ultimum quando arguitur hoc hominem non creat igitur hoc creans hominem non est: negatur consequentia: nec v. g. similiter argumentum quod ponit pro similitudine. v. g. hoc platonem non creat igitur hoc creans platonem non est. datur enim quod duo essent quorum quilibet esset plato quorum unus crearet & alter non: antecedens est verum consequens falsum sicut in priori dictum est: verum in terminis mere discretis bene v. g. argumentum ut deus hunc non creat igitur deus creans hunc non est sed in terminis compositis non: quare &c.

Ex regulis declaratis sequuntur alie correlarie. **P**rima est ista a superioribus ad inferioribus affirmative & sine distributione ut plurimum non v. g. argumentum: & nunquam de forma. unde sic arguendo ut plurimum non v. g. consequentia. sicut hic. animal currit igitur homo currit: homo disputat igitur tu disputas. aliquando autem valet consequentia: sed non formaliter nec de forma: sicut hic: animal est igitur homo est: lignum est animal igitur lignum est homo: aliquando autem valet consequentia formaliter: sed non de forma: ut sicut hic tu es animal igitur tu es homo: numerus est igitur binarius est: aliqua propositio scilicet igitur aliqua propositio vera scitur. **C**ontra istam regulam arguitur sic. quod illa consequentia sit bona animal currit igitur homo currit. nam ista est bona animal mouet igitur homo mouet igitur & illa. pro consequentia cum non sit maior ratio de una quam de alia & antecedens probatur: quod sequitur animal mouet igitur animal est & ultra animal est igitur homo est per con-